

Verahistoria,
ADMIRANDÆ CVIVS-
dam nauigationis, quam Hul-
dericus Schmidel, Straubingenensis, ab Anno 1534.
usque ad annum 1554. in Americam vel nouum
Mundum, iuxta Brasiliam & Rio della Plata, consecit. Quid
per hosce annos 19. sustinuerit, quam varias & quam mirandas
regiones ac homines viderit. Ab ipso Schmidelio Germanice,
descripta: Nunc vero, emendatis & correctis Utbium, Regio-
num & Fluminum nominibus, Adiecta etiam tabula
Geographica, figuris & alijs notationi-
bus quibusdam in hanc for-
mam reducta.



NORIBERGA.
Impensis Levini Hulsi. 1599.

*Contrafactur
Ulrichs Schmidels.*



REVERENDISSIMO ET ILLV-
strissimo Principi ac Domino , Domino IO-
HANNI PHILIPPO, Episcopo Bambergensi, &c.
Principi ac Domino suo clementissimo



Narrationes historicae de novis Regionibus & populis, mea
iudicio, non tantum iucundae, sed etiam christianis lectu,
necessariae sunt. Si enim immensa, & miranda Dei opera
eiusque ineffabilem misericordiam considerabimus, quam in nos
miseros indignosque Christianos declaravit, quod non tantum
sui noticiae nos illustravit, sed etiam Adamicula exitio declina-

2

tos preciosos ly tro redemit: Contra vero , quā infinita penē mil-
lia hominū sint, qui ut feræ bestiæ, destituti omni veri Dei, &
eius mandatorum cognitione , sine vitæ honestate, Coniugio,
disciplina, legibus, in horribili Idolatria, sordibus, turpibus li-
bidinibus, ebrietate, & carnium humanarum plusquam barba-
rica voracitate educati vixerint, & adhuc vivant: Quis christia-
nus non per se æstimare poterit, quantas & quā multiplices ha-
beamus causas , toto vitæ nostræ tempore, Deo pro his benefi-
cijs gratias agendi.

Hæ & aliae quædam causæ, Reverendiss. & clementiss: Prin-
ceps, me sapienter incitarunt, ut peregrinarum nationum histo-
rias, studiosius investigarem, & nonnullo etiam meo labore in
lucem ederem: Quemadmodum etiam huius mirandæ & me-
morabilis historiæ Hulderici Schmidely Straubingensis scri-
ptum exemplar ad manus meas pervenit, quam & dignam iu-
dicavi, licet antea quoque editam, ut iterum forma meliore, &
ordine concinniore publicè promulgaretur. Cumq; de Patro-
no, cui ea dicaretur, cogitarem, Volui eam tuæ Reverendæ &
Clementiss: celitudini, ad cuius obsequia me multis modis de-
vincatum esse agnosco, postquam & ante mea opera in quibus-
dam professionis meæ partibus uti dignata est, humili cum sub-
iectione tamquam propriam inscribere & dedicare: submissè &
certa cum fiducia sperans , Vestram Reverendiss: clement:
si non laborem hunc meum, at certe ipsius Autoris, historicam
relationem, clementer approbaturam, V. R. & Clemen; celis-
tudini humilima cum subiectione se commendat.

V. C.

Additis:

Levinus Hulsius.

3

LEVINI HVLSII necessaria admonitio ad Benevolum Lectorem.

Et si Navigatio Hulderici Schmidely ante quoque lingua germanica, Francofurti typis edita fuit, tamē exemplar scriptum, quod non ita pridem natus sum, quod & pro ipso Originali habeo: cum in ipso Schmidely imago, & alia quadam figura delinata & expressa sint: non solum magna cum voluptate & admiratione legi, & cum impresso exemplari diligenter contulī, sed etiam omnia loca, quorum nominatim mentionem fecit, in multis Geographicis tabulis studiosè inquisivi, & partim in hoc, partim in alijs autoribus reperi: Multa autem loca in hac historia citantur, quorum à nullo Geographo ullo in loco mentio fit, nec à quoquam observata sunt: Idq; ut quidem ego opinor, hac de causa, quod hæc admiranda Navigatio, quantum ego scio, tantum lingua Germanica, ut dictum, atq; negligenter, & incorrectè, in lucem edita est, ita ut difficulter aliquis ex ea manuductionem habere posset, ea loca in Geographicis tabulis inquirendi: Nam exempli causa, pro Teneriffa, Gomera & Palma, quæ tres sunt ex Insulis Canarijs, legit illud impressionem exemplar, Demerieff, Rumero & Palman, pro S. Tiago, quæ una est ex Insulu viridibus, habet illud, sancte Augo, pro Mexico, Mechleckheim: Pro Don Pietro di Mendoza supremo Capitaneo Armada, ponit Petrum Machosam, & plura similia. Consultum igitur mihi visum fuit, ad avertenda ista errata, hanc descriptionem redigere in hanc formam, cum deprehendam, alioquin hanc historiam cum Hispanicis, Italicis & Gallicis historiographus probè consentire. Nam huius navigationis meminit Thevetus in sua Cosmographia, Franciscus Lopez di Gomara, nella sua historia delle nuove Indie. parte 2. cap. 89. significat, Anno Domini 1534.

Dominum Petrum Mendozam, qui huius Huldriet summus Praefectus fuit, duodecim navibus, Præsidio duorum millium milium munitiæ, ad hunc locum Rio della Plata appulisse. Item Anno 1541, Alvarum Nuguez Cabezam di vaca, tanq; Capitaneum, cum 400 milibus, & 40 equis, ab Imperatoria Maestate, cō missum esse: quodq; Hispani in eæ terra civitatem (Assumptionem ut ego opinor) duobus millibus Domicilijs, pene 400 à mari distantem milliaribus, extruxerint, & in flumine quodam navigijs tam procul ascenderint, ut ad ipsos argentim montes Potosi: & penitus in Peru, penetraverint.

Predictus vero Lopez non indicat, quomodo vel quando ab Assumptione Potosi in verso hac peregrinatio suscepta sit: Quod noster hic Autor, ut Comes & socius huius profectionis, sati luculenter describit, diligenter etiam undiq; annotata locorum distantia, & itineribus diurnis, & adiectis fluminum, & locorum nominibus. Ex quibus, adiuvantibus me a liorum quoq; Autorum Cosmographicæ tabulis, ad historiæ declarationem, hanc presentem Chartam, in gratiam Amatorum huius Professionis, delineare & proponere volui, cuncto constat, absq; dubio, tales tabulas Cosmographicas lumen, atq; oculum historiarum esse. Nomen etiam locorum, oppidorum, & fluminum, quorum in hac historia mentio fit, præ virili corrixi ac restitui, totam historiam in certa capita distributam, disposui, additis etiam paucis, necessarijs tamen, declarationibus, una cum Autoris effigie, quæ una cum alijs imaginibus, in manu scripto illo exemplari inveni, ad ornandam hanc eius admirandam historiam: quo honore is mihi omnino dignus videtur, qui tam periculiosum, & memorabile iter consecrerit, & tam rara, & auditu penè incredibilia exhauserit. Alioquin invenio, hunc flumini Rio della Plata Anno 1502, ab Americo Vesputio pro Rege Portugalia primum inventum, qui & septem Gemmarum Insulis nomina dedit, & longinquæ satis:

3

fasū itinere, ratus sese optatum ad Molluccas Insulas transiū
invenisse, irrito tamen penè conatu, flumen illud navigando
ascenderit. Anno 1512. Iohannes Solis, hoc flumen, quod
ipse Argyreum vocat, navigavit, Anno 1516. iterum eō pro-
fectus, ab Indiā iuxta Cap. S. Maria, & cum cōsa. Christiani,
intersectus est. Anno 1525. etiam sebastianus Gabato in
hoc fluvio navigavit, sed nullare, memorabili, atq; multum
commoda expedita in Hispaniam rediēt.

Benevolum atq; huius laudata Artis Amatorem, aman-
ser rogatum volo, ut tenuem hunc laborem nostrum, atq; huic
operi impensa suo favore approbet, & prosequatur. Vale.

Prefatio Hulderici Schmidelij.

Anno ab incarnatione Domini & Salvatoris
Iesu Christi Millesimo, Quingentesimo, Trice-
simo quarto, Ego Ulricus Schmidel, Straubin-
gensis has nationes & Regiones ex Antuerpia
per Mare, Hispaniam, Indiam, & varias Insulas,
Militiae causa per agravi non sine singularibus pe-
riculis. Hoc igitur itinere universo (quod à dicto
anno 1534. usq; ad annum 1554. quo Dei o-
mnipotentis auxilio in patriam redi, duravit,)
quid mihi & meis commitionibus, contigerit,
quæ perpessi simus, hic, quam potui brevissime
descripsi.

Navigatio ex Antuerpia in Hispaniam, Cap. I.

Anno Christi 1534. cum primò Antuerpia in Hispaniam iter suscepissim, appulit elapsis diebus 14. Caliciam in Hispania, quo per mare numerantur millaria 480. ubi Balenam 35. passus longam, in litore iacentem vidi, ex cuius adipe 30. Thonnas (quales halæcum esse dolias solent) repleverunt. Ad dictam civitatem 14. maiora navigia, omni apparatu armorum & aliarum rerum copia abunde instructa steterunt, in Rio della Plata Indianam ad Rio della Plata abitura. Fuerunt eo tempore isthic 2500. Hispani, & 150. Teutones ex superiore Germania, Belgæ & Saxones, unà cum eorum supremo Capitaneo, D. Petro Pet. Mendoza Mendoza. Ex his 14. navigiis unum Sebastiani Neydharprefecti Cl. s. ti, & Domini Iacobi Vuelseri Noribergensis fuit, qui Proxen Heinricu Peti netam suum (Factorem vocant) Henricum Peine mercibus Naru, ad Rio della Plata miserant. Huic igitur me, unacum quibusdam Germanis, & Belgis plus minus 80. bombardis & armis egregie instructis, adiunxi, Rio della Plata navigatus. Egressi igitur portum unà cum 14. navibus. D. Capitanei Hispanensis, in festo S. Bartholomei Anno 1534. ad quandam Hispania civitatem appulimus, cui à S. Luca nomen, & 20. Milliarib. ab Hispani distat, ad quam ob mari & ventorum saviam aliquandiu nos consistere oportuit.

Hispani.
 S. Lucas.

Navigatio ex Hispania ad Insulas Canarias. Cap. II.

Prima die Septemb. ex Luca solventes, ad tres Insulas Teneriffa, Go. non procul à se invicem distas pervenimus, quarum prima mera, Palma Teneriffa, alteri Gomera, & tertia Palma nomen fuit. Harum Insulæ Canaria postrema, circiter 200. millaria à civitate Luca distat. In hac

Clas̄sū divisa est, & parent he Insula Cesarea Maiesstat: quas
 tantum Hispani, cum suis Vxorib. & liberis incolunt, & mul-
 tum hic saccars confiscitur. Nos tr̄ibus Navibus Palmam ad-
 vecti quatuor septimanas illic morati, navem iterum victu-
 alibus instruximus. Postmodum Capitaneus noster Petrus
 Mendoza, qui 8. vel 9. milliarib. à nobis aberat, mandat no-
 bus, iter ut arripiamus. Habebamus autem in nostra navi Pe-
 tri Mendoza agnatum, Georgium Mendozam: Is filiam cuius;
 dām Civitatem Palmensis amabat. Cum igitur postero die sublatis
 anchoris iter ingressuri essemus, predictus D. Georgius Men-
 doza e nocte circa horam duodecimam, comitatus 12. sodali-
 bus suis ad terram appulerat. His dientes ex Insula Palma
 clam adducunt secum prædicti Civitatis filia unacum eius ancil-
 la, vestib. clinodis & pecunia, & latenter nostram navem
 confundens, ita ut nec præfectus navis Henricus Peine, nec
 quisquam in navis huius rei conscius esset, præter excubitorem,
 qui hæc (erat enim circa medium noctis) viderat. Manè igi-
 tur cum discessurie essimus, & iam circiter duo veltria millia-
 ria à terra abessemus, tanta vis porcellæ subito coxit, ut
 necessario nobis in portum, unde egressi eramus, redeundum
 esset. Ancoris igitur navem figimus. Sed & præfectus navis
 Heinrichus Peine scapha ad littus appellere & in terram egre-
 di volebat. Iam igitur descensari uidebat ad littus stare viros
 circiter 30. bombardis & bipennibus armatos, qui cum cape-
 re volebāt. Præmonitus igitur à suis nautis ne in terram egre-
 deretur, conversa scapha, ad navem redire festinabat, tam
 citò verò ad eam reverti non poterat, sed & illi è terra, navi-
 culu ad hoc preparatis, ipsi imminebant, insequendo: Evasit
 tamen in aliam quandam terra vicinam navim. Cum igitur
 vident, cum tam citò capi non posse, dato in oppido Palmasi-
 gno clasico, duas maiores bombardas adduci curant, & qua-
 ter in nostram navim, quæciam non procul à terra aberat,

Periculum
Heinrichi Peine

ejaculantur, & primo jactu ollam testaceam stantem in puppis, glandes bom. 4. vel 5. urnas capientem, qua recenti aqua repleta erat, in fru- bardicas iacula comminuant. Altero jactu malum in navi posteriore, lantur in na- conterunt & confingunt. Tertio jactu navim medium con- tingunt factio ingeni foramine, sed & homine simul interfe- ito. Quartus jactu aberraverat. Aderat autem & alius, cu- jusdam navis, non procul nobis à latere stantis Praefectus, qui Mexico, in novam Hispaniam navigare volebat: Istans in terra, unā cum 150. viris, cum cognovisset quid causa esset, multum conabatur inter civitatis incolas, & nos pacem conciliare, hac tamē conditione, ut Dominus Georgius Mendoza, unā cum filiis civis & eius ancilla ipsi in manus traderetur. Interea urbis Praefectus, & Iudex, noster etiam Praefectus, & etiam dictus alter Praefectus consensu nostra navis Domi- num Georgium Mendozam, unā cum sua Amasia in captivita- tem abducere volunt, quib. ille responderet, coniugem esse suam, & cum nec illa aliquid praeferret, statim inter se mutuo de- sponsati sunt, non sine magno Parentis luctu, & mærore. Sed & navū nostra, bombardarum ictib. male tractata erat.

Navigatio à Palma versus Insulas virides vel Hesperides quas alioquin Capo de verde vocant. Cap. III.

Post hæc igitur, relicto Domino Georgio Mendoza, quem Praefectus noster amplius in navim recipere nolbat, una cum conjugé in terra, & navi utcumque refecta, contendimus ad quandam Insulam, vel terram qua S. Iacob. vel Hispanicè S. Tiago vocabatur. Civitas Regi Portugalia subjecta est. Ipsa au- S. Tiago preci, tem AEthiopes nigris parent, & distat hæc civitas, à Palma, pua insula in, à qua recens discesseramus 200. Millaria. Hic per quinq; dies, ter virides. commorati, nostram navim recenti commeatu victualibus, pane,

pane, carne, aqua, & alijs rebus, navigantibus in mari necessariis, denuò instruximus.

Navigatio ab Insulis viridibus Brasiliam versus. Cap. IIII.

Tota igitur clas̄is 14. Navium collectā iterum se mari com-^{14. Naves cons-}
misit, & continua adnorum mensum navigatione tandem ad insu-^{gregata.}
lam quandam appulit, in qua p̄ter aves nihil fuit, & earum
tanta multitudo, ut eas fusilibus casas interficere possemus. Hic
tres dies commoratis sumus. Hec insula habitatoribus vacua in-^{Hanc operet et}
longitudinem & latitudinem sex millaria complectitur, distat sulu Brasilia
ab insula S. Tiago, unde discesseramus millaria 500. In hoc ma-^{se unam ex in-}
vicinū.
si inveniuntur pisces volatiles, Item alijs grandes & mirifici pisces volantes:
pisces quos Balenas & grandia cetē vocant, Item alterius gene-
ri quidam, quos Schaubhute, dicunt à grandi orbe, quem cir-^{schaubhut pio-}
ca caput habent, quo multum nocent alijs pisces, cum quibus sc̄i.
dimicant. Est enim pisces magnus, ingentis roboris, & malus
atq; irritabilis. Inveniuntur etiam in hoc mari pisces qui in pesche de spade
dorso habent os instar cultri, quos Hispani sua lingua pesche de pisces habentes
spade vocant. Item alijs quidam magni pisces, qui in dorso os ha-^{osseum cultrū}
bent instar serre, Hispanica lingua pesche de serre dicit. Item ^{in dorso.}
alijs varij generis magnitudine & forma ingentes, quos hoc lo-^{pesche de serre.}
co omnes describere non possum.

De Fluvio Rio Ianiero dicto. Cap. V.

Deinde proiecti, ad insulam quamdam pervenimus, nomi-
ne Rio Ienea (procul dubio Rio Ianiero est, ubi postea Galli anno 1555, adiicia extruxerunt, Tumenim, sic us hoc etiam tempo-
re iterū, Lusitanis subjecta fuit) distat hec à priori 200. millia-^{Toupin, vel Te-}
ria & Regi Portugaliae paret. Hos Indos nominant Toupin. Hic toupin.Indi
commoratis sumus 14. dies, & mādata tum dabat Petrus Mendo-
ca, noster summus Praefectus, Iohā; Ossorio jurato suo fratri, ut
suo loco, nobis Imperio p̄fset, quod ipse mēbris cōtractus ac de-

*Johannes Ossorius, apud Mendozam
etiam Legatus.* lis assiduis penè conflictaretur morbis. Cum autem paulo post
acceptam gubernationem Johannes Ossorius, apud Mendozam
juratum fratrem suum falsi & per calumniam delatus esset,
quasi contra ipsum populum sedissoè concitare vellet, manda-
bat dictus Mendoza alijs quatuor Capitanis, videlicet Iohani
Mors Ossorij. ni Eyoldas, Iohanni Salleisen, Georgio Luchsam, & Lazaro
Salvascho, ut pugione intersectum in medium planiciem tan-
quam Prodigorem omnibus spectandum exponerent. Serio
estiam publice edici iussit, sub pena capituli, ne Ossorij causa quis-
quam se commoveret, alioqui non meliore loco habitum iri,
quicunq; aut cuiuscunq; conditionis esset. Sed omnino ipsi in-
juria facta est. Fuit enim probus integer, & fortis bellator, &
erga commilitones, officiosus, liberalis, & multum beneficus.

De Rio della Plata, qui & Parana, de S. Ga- briele & Zethurvas.

Cap. VI,

*Parana fluvius
est Rio della
Plata.*

*Sunt Hispani-
ca millaria
circiter 1000.
vel germani-
ca 450.*

S. Gabriel.

Anno 1534.

Hinc navibus descendentes, & Rio della Plata petentes, per-
venimus in dulcem Fluvium, quem Parana Vrassa nominant.
Proculis est ab ostio, ubi mare relinquitur, & latus 42. millia-
ria; Sunt g. à Rio Ianiero usq; ad hoc flumen 215. millaria. Hic
pervenimus ad Portum, cui nomen S. Gabriel, & ancoras 14.
vel germanica 14. g. narium in Fluvium Parana eiecmus. Quia vero ad jactum
glandis bombardice majoribus navigys in aquis à terra nobis
herendum erat, mandavit Praefectus noster Petrus Mendo-
za, ut scaphis minorib. quas Potten, vel potellas nominat. iam
sum ad hoc preparatis, Populus atq; Miles in terram expone-
retur. Ita per Dei gratiam atq; benedictionem Anno Chri-
sti 1535 feliciter ad Rio de Plata appulimus, ibiq; vicum seu
Pagum invenimus, Indicum, in quo ad duo millia virorum
fuerunt

fuerunt, quos Zechurva nominant, qui nulla aliare, exceptis Zechuryam, pisibus & carnibus vescuntur, & omnes nuditatem dunt, nisi quod Mulieres linteo gossypino tenui, quod ipsis ab umbilico usq; ad genua pertinet, verenda contingunt. Hi igitur, ad nostrum adventum vicore relicto, cum uxorib. & liberis auge-
runt. Tum igitur mandabat noster Prefectus Mendoza, ut populus iterum navibus impositus ad alterum latus fluminis Parana transveheretur, ubi latitudo Fluvij non amplius octo milliaribus pascet.

De oppido Bonos Aëres & Carendies.

Cap. VII.

Hoc loco civitatem edificavimus, quam à salubritate a. Bonos aëres. èris Buenas aëres appellavimus. Ad vixeramus etiam nobis. cum ex Hispania 72. duos equos & equas, in nostris 14. navi-
bus. Alium quoq; vicum in Regione hac invenimus, quem 72. Eqni. Indi inhabitant, quos Carendies vocant, quorum circiter tria Carendies. millia virorum fuerunt, unacum uxoribus & liberis, Hi quo-
que, ut Zechurva ab umbilico tantum usq; ad genua teguntur, et ad nos pisces & carnes quibus vesceremur, attulerūt. Hi Ca-
rendies nulla propria, & fixa domicilia habent, sed in regione hinc inde vagantur, prope modū ut nostri Cingari sive Zige-
neri. Quando aestate iter faciunt, saepe ad triginta & amplius
millaria conficiunt in terra, ut ne guttam aquæ quam bibere possent inventant. Si in cervum, aut aliam feram incidunt,
eius maestate sanguinem potant: Interdum radicem inventi-
unt, quam Cardes vocant, & hanc mandentes sicuti pellunt.
Quod autem sanguinem bibunt, tantum hac de causa fit, quod
alio potu careant, & fortasse absque hoc ipsis siti mortendum
esset. Hi Carendies per dies quatuordecim liberaliter de sua
benuitate impetraverunt, & quotidie pisces, & carnes in no-

Commissarium in castra attulierunt, uno die excepto quo prorsus non venient ad nos. Ideo noster Praefectus Dominus Petrus Mendoza, adserunt. Iudicem Ian. Baban nomine, & duos milites adeos misit (quatuor enim milliaribus hi populi Carendies à nostris castris morabantur) verum hos, cum adeos venissent, ita tractarunt, ut omnes tres plagū bene dedolatos domum remitterent. Cum autem hoc, noster Praefectus Petrus Mendoza per judicium iudicis, qui hoc nomine tumultum in castris nostris excitabat, cognovisset, mittit contra eos germanum fratrem suum Damnum Diego Mendozam, cum 300. militibus, 30. optimè expeditis equitibus, inter quos & ego eram, serio mandans, ut dictos Indicos Carendies omnes occupato eorum Pago interficeret & caperet. Cum vero ad illos veniremus, jam ad 400. verorum confluxerant, Omnes enim amicos & familiares sibi advocaverant.


Prælium cum Indis Carendies,

Cap. VIII.

Cum in eos impetum facere vellemus, ita pugnando nostrum præbi resisterunt, ut eo die satis negotiū nobis faceſſerent. Interficerunt enim nostrum Capitaneum D. Diego Mendozam, & sex cumeonobiles, & ex equitibus & pedestribus circiter 20. Ex eorum autem parte circiter mille viri conciderunt. Animosè igitur & fortiter contra nos pugnarunt, quod & excesso Indi in pertifensim. Arma horum Carendies sunt arcus, & Turcifecti. quod Spiculī genus est, instar Hastilis media longitudinis. Arma Indorū. cuspidem silice pyrita, in formam trisulti fulminis acuminata, armant. Habent & globos saxeos, de longa reſta pendentes, propemodum ut nostra plumbatae sunt: hos globos pedestribus equorum aut cervarum sta circumciunt.


Carendies.

Cap. 8



Cap. 9.

Buenas Aeres.



Rio della Plata
oder Parana

uslabi cogantur. Adhunc modum nostrum Capitaneum, & nobiles, quod ipse vidi, his globis interfecerunt, Pedites vero suis Turdes occiderunt. Per Deitatem gratiam cui laus sit, carenties deo eos debellando superavit, & eorum Pagum occupavimus, bellatis.

Horum verò Indorum nullum capere posuimus, uxores quoque & liberos suos, antequam armis eos aggredieremur, fuga in alienum vicum transfluerunt. In hoc autem illorum pago nihil invenimus præter pelles Lutrarum, pescium copiam, & farinam, atque adipem ex pescibus. Commorati igitur triduum Presidio meo, hoc in loco, postea in nostra castra reversi sumus, relictū ibi niunt, centum viris, qui interea Indorum sagenu ad alendum largi- us nostrum militem pescarentur: sunt enim aquæ ibi mirabiliter pescose. Distribuebantur enim in diurnum victum singularis tantum tres unciae farina ad orce, & post tertium diem unicus pescis. Duravit autem hac pescatio duos menses, si quis aliqui pescib. vesci vellet, necesse erat, ut eos per quatuor millaria, pedes quereret,

De ædificatione Civitatis Bouno Aëres, & de fame, quam ibi perpetSSI funt.

Cap. IX.

Cum reversi essemus in nostra castra, separati sunt in populo, hi qui faciendo operi idonei, ab his, qui bello apti erant, ut quicunque muneri sibi convenienti adhiberetur. Capit ergo ibi adificari civitatem, & excitari circum eam murus ex terra, ad altitudinem hastæ, & in ipsa civitate domus firmata atq. munita pro nostro praefecto. Murus Civitatis latu- ras tres pedes. Sed quod hodie adificabatur, altero die iterum cor-

corruebat, Populus enim alimonia destitutus in magna egestate vivebat, ita ut multi fame morerentur. Neque equis sufficerentur. Non parum etiam augebat, hanc egestatem, atq; famem, quod nec glirium, nec murium, nec serpentum, aut alienarum vilium bestiarum copia sufficeret, ad sedandam hanc tristissimam incediam, & ineffabilem paupertatem. Ne calcei quidem & alia coria, hanc rabiem, quo minus edendo absumerentur, evitare potuerunt. Accidit etiam tum ut

Tres Hispani equum suum sublatum clam comedenter. Quod ut palam factum est, gravi subiecti tortura, deltor facto interrogari, & cum id faterentur, ad crucem damnati sunt.

Suspenduntur. Cum ergo suspedio puniti essent, coniunxerunt se alij tres Hispani, qui eadem nocte patibulum adeuntes suspensis crura amputarunt, & ingentia carnium frustra ex corporibus eorum execuerunt, ut in tuzurijs suis cotum pastu intolerabilem faciens darent. Quidam etiam Hispanus fratrem suum, qui incivitate Buenas aeras mortuus erat, ob famem immodicam comedit.

Quomodo aliqui in fluvio Parana vel Rio della Plata sursum navigaverint.


Cap. X.

Cum ergo Praefectus noster, Dominus Petrus Mendozae Septem nave videret, Populum hoc loco diutius sustentari & conservari instruunt, non posse, mandat ocyus, quatuor navigia parva, quas Bregantinas, seu pradotorias, vocant, & remis impelluntur, instrui, quarum singula 40. virorum capaces, erant Item alia tria minora, pot, seu potella dicta, consecutiis ergo, atq; expeditis his septem naviculis iustis Praefectus noster convocari populum, & Georgium Luchsam, cum 350. viris expeditis, fluviis sursum navigando ascendere, atq; Indos investigare, ut

Georg. Luchsam Capita-
new.

Buenas Acrés.

Cap. II



commeatum atq; alimoniam consequi possemus. Indi vero nostram presentiam presentes, non melius nos ludificari potuerunt, quam ut commeatum, & quicquid esui aptum erat, unà cum suā pagis, incendio absumerent, & ipsi postea fugae laborerentur. Interim vero nos nihil alimentorum consequbamur, & in demensum diurnum singulis tres tantum semiuncia panis distribuebantur, quòd factum est, ut in hoc itinere Mslitum dimidia pars fame periret. Necessario igitur ad di-
 Etum Pagum, ubi Praefectus noster erat, reversi sumus, qui, quod tam exiguis populi numerus rediret, valde mirabatur, cum tantum quinque menses absfissimus, & à nostro Capitanio Georgio Luchsam postulabat ut quid in hoc itinere effecisset, ipse narrando exponeres, qui significabat, eos, qui desiderarentur, fame mortuos esse, propterea quod Indi omnem alimoniam, incendio absfississent, seq; infugam postea conjecfent.

Dimidia pars fame moritur ideo.

Quomodo oppidum Buenas Aeres obfellum,
oppugnatum atque exustum fuerit.

Cap. XI.

Hū omnibus ita ut dixi se habentibus, tamen in oppido
 Buenas Aeres, unum adhuc mensē unā perseveravimus, in
 summa egestate expectantes donec navium apparatus absolve-
 retur. Interim anno 1535, Indi nos nostramq; Civitatem
 Buenas Aeres summis viribus viginti scilicet, trium millium 23000. Indi
 virorum robore invadunt, fueruntq; in eorum exercitu qua-
 tuor distincte nationes, Catendies scilicet, Bartennis, Zechur-
 vitatem, & Tiembus. Horum omnium propositum, atq; summa in-
 tentio erat, ut nos omnes oppresos usq; ad internectionem ca-
 derent. Sed Deo sit laus & gloria, qui maiorem ex nobis par-
 tem ab interitu servavit incolarem. Nam unā cum Capitali-

neis signiferū, & reliquo milite, nostrorum supra triginta vi-
rinon sunt imperfecti.

Cum igitur initio ad nostram Civitatem Buēnas Ae-
res, pervenissent, irruerant aliqui eorum, hanc oppugnaturi,
alij ignitatela in nostra edificia coniiciebant, qua omnia (ex-
cepta Praefecti nostri domo, qua sola regulis lapideis contesta
erat) stramine tantum opera fuerunt; atque ita tota civitas

*Civitas Buē-
nas Aeres exu-
sta.*

Tela ardentia. Horum Indorum tela ex arundine facta sunt,
qua cum emittuntur, in cuspidem exardescunt. Lignum etiam,
tela ardentia, habent ex quo spicula conficiunt, quae si accensa emittuntur,
non extinguntur, sed domos stramine contestas incendunt,
atque ita qua contingunt, similexurunt.

In hac pugna excusserunt nobis hi Indi etiam quatuor ma-
e. naves Maior, jora navigia, qua ad dimidium milliare à nobis in aqua sta-
bant, Milites vero qui in his navibus erant, cum viderunt
illum ingentem Indorum tumultum, ex his quatuor navi-
bus in alias tres, non procul ab his consistentes & bombardis
instructa erant, fuga se recipiebant. Hi igitur, cum 4. na-
ves jam ardere viderent, defendere se se atq[ue] Indos acriter
oppugnare incipiunt, machinarum gigantes in Indos ejacu-
lantes. Hoc cum viderent Indi, & Bombardarum violen-
tiam pertimescerent ab oppugnatione defiuntur & Christia-
ni quietem concedentes discedunt. Hac omnia in festo Io-
hannis Evangelista gesta sunt. Anno 1535.

1638.

Habent Militum delectus, ædificant Na-
ves ut ulterius profici-
scantur.

Cap. XII.

13

TIEMBV^S.



Hū omnibus ita elapsis arque confectis totus populus
naves ingrediebatur, & noster summus Praefectus Dominus
Petrus Mendoza, Legabat sibi Iohannem Eyollas, creans Iohan: Eyollas
eum Generalem Capitaneum tradita ei simul cum populi uni. creature Lega-
veristi gubernatione. Is delectus habens, ex 2500. Viris, qui in generali.
ex Hispania navibus simile gressi erant, reperit tantum 560.
superstites: reliqui omnes mortui erant, quos maxima ex par-
te famae intolerabilis absumserat.

Posthac noster Capitaneus Iohannes Eyollas, octo na-
vicias quas Brigantinas & Pott vocant, ocyus fabricari Fabricat ne-
mandat, Et ex 560. superstibibus assunxit sibi viros 400. Re-
ves. liquis 160. custodiam quatuor maiorum navigiorum mandans,
quibus preficit Iohannem Romero, addito commeatu in an- Iohan: Romer
num, ita ut singulis militibus in diurnum demensum octo ro cum 160. vi
semiuncia panis distribuerentur. Si quis vero hic contentus es- ri manet Bon
se nollet, videget unde plus sibi comparares. nes Aetes.

**Quomodo cum 400. Militibus fluvium Pa-
rana vel Rio della Plata sursum
navigando descendant.**

Cap. XIII.

Post hac noster Legatus Iohannes Eyollas suis cum 400.
Militibus, quos secum habebat, inter quos, & Petrus Men-
doza summus noster Praefectus erat, Brigantinu & Pott ad
hoc instructis fluvium Paranam sursum navigat, donec ad
Indos venimus, quod spacio duorum mensium, ab exitu nostro ex
civitate Buenas Aeres factum est, ita ut à dicta nostra jam
exusta civitate, 84. milliaria abessemus. Cum igitur ab his 8. milliaria
populis, (quos Tiembus vocant, nos verò bonam Speranza Tiembas Bonas
nominabamus) ultra quatuor milliaria non abessemus, & ipsi Speranza,

nostrum adventum pre cognovissent, circiter quadragestis ex eis viri, Cymbis, quas Canoas vocant (quod insulam quandam inhabitarent) in quorum singulis sedecim persona sedebant pacifice ad nos veniunt. Cum igitur in fluvio congrederemur, donabat noster Praefectus, Capitaneum horum Indorum Tzchera VVassu embus, quem ipsi Tzchera VVassu vocant, interula, rubro pileo, su Capitanus securi, & alijs quibusdam rebus. Quibus munusculis acceptus, Tiembus. duxit nos dictus Tzchera VVassu, in eorum pagum, apponens de piscibus, & carnibus copiosè sufficientem cibum & optimè cōsentienti eramus. Nam si hoc iter nostrum adhuc decem dies durasset, omnibus nobis fame moriendum fuisse, sicut iam tum, in hac profectione, ex quadragesti, qui simul navibus proiecti fuerunt, so. mortui erant.

**Erum fami-
na.** Hi populi Tiembus gestante ex utraque nasi parte parvam stellam ex albo & ceruleo lapillo fabrefactam, sunt homines magni, & proceri statura, feminæ vero tam juvenculæ, quam vetulae, multum deformes, facieb. dilaniatis, atq. semper cruentatis, ab umbilico usque ad genua linteo goffipino tecta, ceteranude. Hic populus nihil habet edulorum prater pisces & carnes, nec ullare alia unquam vicitavit. Robur huius nationis censemur ad 15000. virorum, aut amplius. Scaphæ vel Cymbæ, quibus utuntur, ex arbore 80. pedes longa, 3. lata fabricata sunt, que, sicut Piscatorum navicula in Germania, remis aguntur, nisi quod illorum remi nullo ferro munitæ sint.

**Tiembu robur
15000. viroru
Scaphæ eorum
sue Canoas.**

Dominus Petrus Mendoza in Hispaniam reversurus moritur in itinere.

Cap. XIII.

Ergo uig. ad annum 1539. In predicto pago totos quatuor annos commemorati sumus, verum noster summus Praefectus seu Architalaffus Petrus Men-
doza,

doza, ob undique afflictam valetudinem, quod nec manus
nec pedem mouere posset, & in hoc itinere de suo proprio, ad
40. millia ducatorum presentis & parata pecunie consumisset,
amplius in hoc pago nobiscum manere non voluit, sed duabue
Brigantini Buenos Aëres, ad quatuor majora navigia rever- P. Mendoza
titur, illicq; assumptis duob; navigijs majorib; & sc. Militibus redit in Hispania.
in Hispaniam reaire contendit, verum medio vix itinere con-niam.
fecto ita invadit cum manus Dei omnipotenti, ut miserè ma-
riatur. Ante abitum vero certò nobis recuperat. se. quam pri. Mendoza mo-
num velipse vel naves in Hispaniam redirent, operam datu- ritur.
rum ut aliae due naves ad Rio della Plata remitterentur, quod
& testamento sua ordinaverat, & fideliter etiam praesitum
fuit. Nam cum habeat duas naves in Hispania ad terram appulisti-
sent, & hoc Cæsa. Maiest consiliarij per indicium accepissent,
statim nomine Cæs. Ma. alias duas naves, Milite, comme-
su, mercibus, alijsq; rebus ad ealem navigationem necessarys
instructam ad Rio della Plata remiserunt.

Alfonso Gabrero ex Hispania versus Rio della Plata ablegatur.

Cap. X V.


Prefecto harum duarum navium nomen fuit Alfonso
Gabrero, & qui secum 200. Hispanos, & commeatum in bien- Anno 1539. ve-
niunt duo na-
nium attulit. Appulit hic ad oppidum Buonas Aëres (ubireli ves.
qua duo navigia una cum 160. viris discendentes reliquas
mus) Anno 1539. Postquam vero hic Capitanus Alfonso
Gabrero, ad insulam Tiembus navibus appulisset, & ad no-
strum Praefectum Iohannem Eyollas venisset, statim navim eemitunt na-
ad hoc instructam in Hispaniam remiserunt (sic enim Consilii vni in Hispania
Cesa. Maestatis mandaverant) & dictis Consiliariis niam.

erdine & copiose, conditionem harum regionum, & populo-
rum, aliasque rerum circumstantias exposuerunt. Posthas
noster summus Praefectus Iohannes Eyollas, habito consilio
Johan. Eyollas cum Alfonso Gabrero, Martino Dominico Eyollas, & reli-
summis Pta.
ficiis, quia Capitaneis, decernit, consultissimum esse, ut Milium
delectus habeatur. Quo facto, inveniebantur, una cum no-
virorum. sbris, & hi qui ex Hispania primum advenerant 550, viri. Ex
Tiembus muni- his 400, sibi deliguunt, 150, in Tiembus relatis (nam ut omnes
sunt preside- secum abducerent, paucitate navicularum prohibebantur)
150 viri usi. quibus Capitaneum, & Gubernatorem, quis illis interea domi-
naretur Carolum Dobora præficiunt, qui aliquando unus è
numero nobilium adolescentium in aula Casa. Maiestatis sue-
748.

Fluvium Parana amplius navigando ascen- dunt Curenda versus.

Cap. XVI.

Ex hoc Capitanorum decreto, cum his 400, virū, obto-
Fluvium asic, Brigantiniis impositis, Fluvium Parana sursum navigamus,
aliud flumen, de quo nobis dictum erat, Parabol nomine, que-
rentes, ad quod Carios habitant. Nam hisfarre Turcico Po-
mū, & radicibus, ex quibus vinum conficiant, Item pisibus
carne, ovibus, mulos magnitudine equantes, Cervus etiam,
porcis, Struthionibus, gallinis & anseribus abundare dices-
bantur. De quo cap. 20. plura leges. Egressi ergo octo dictis
Brigantiniis, portu Bona Speranza, primo die 4. milliaris navi-
gantes ad nationem, Curenda nomine pervenimus, quapropter
4. millaria. Curenda In-
sula. rumbus & carne vicitat. Habet hec Insula robur 12000. viror
rum, bello idoneorum, & magnam copiam, Scapharum, quas
82000. viri. Canoas vocant. Hac natio priori Tiembus similis est, lapillis
iuxta



iuxta nasum. Viri etiam proceri statura sunt, fæminæ autem, tam vetula quam juvenile de formes confrictis & cruentis faciebus: Nec aliter etiam, quam Tiembus vestiuntur, contecti & scilicet Linteo & gafipino ab umbilico usq; ad genua, ut supra dictum. Habent hi Indi pelles lutearum in magna copia. Communicabant nobis hi homines liberaliter de sua egestate, seu copiola, pisces, carnes, pelles, quibus contrâ nos, vistra, precuma globulos seu Pater noster, specula, pectines, cultros, & hamos dabamus, & apud eos biduum habemus. Adjunxerunt autem, Carii horum rem nobis duos Carios, qui ipsorum captivi fuerant, ut viam curendam monstrarunt & interpres nostri essent.

Venimus ad Gulgaïsi & Macverendas. Cap. XVII.

Hinc ulteriori progressi perveniebamus ad aliam nationem Galgaïsi, nomine, qua 40. millia virorum bello aptorum 40000. in aciem producere potest. Habet etiam duos lapillos juxta namsum; distabat 30. millaria ab insula Curenda, & cum hac, & 30 millaria, incolis Tiembus, eadem est lingua: Habitat ad lacum sex millaria longum, quatuor latum, situm à sinistra parte fluvij Parana. Morati sumus hic quadratum, & imper-
tiverunt hi homines nobis de sua tenuitate, quod & nos vici-
sim fecimus. Inde progressi, totos octo decim dias in nullos hoc;
mines incidimus, postea vero ad fluvium appulimus, in ipsam
regionem influentem. In illa regione magnum numerum ho-
minum, qui convenerant invenimus, quos Macverendas dicitur, Populi Macve-
cunt, His nihil esculentorum est, prater pisces, & parum rendas rebur
carnis, & robur habent 18. millium virorum bellorum, 18000.
& Scaphorum magnum numerum. Excepserunt nos hi homi-
nes pro ipsorum more satis benignè, deq; sua tenuitate nobis li-
beraliter impetraverunt: Habitare autem ad alteram partem
sumi-

statuissimis Paranae, versus dextram, utuntur diversa lingua, sunt homines proceri, & iusta proportionis, fæmine vero illorum etiam multum deformes. Distant ab his quos Gulgasii di-
64. millaria. cunt circa 64. millaria. Apud hos cum quatriduum ma-
 Serpens longus tem, immamem & monstrosum serpenteum, 25. pedes longum,
 25. pedes. atq; ea crassitie, q;ta viri est, colore nigro, fulvo intersperso.
 Hunc nos bombarda occidimus, quem & Indicum viderent,
 cum stupore mirabantur, nam hi ipsi tam ingentem antea non
 viderant.

Iste serpens Indis, ut quidem ipsi indicabant, multum dam-
 ni dederat. Nam cum in aquis lauerunt, serpentes hominibus
 illic deprahensis caudas circum voluerunt, & sub aquas detra-
 ctos devoraverunt, ita ut Indi saepe ignorarent quo eorum plus
 sculi pervenissent. Huius serpentis longitudinem & crassitie-
 em diligenter dimensus sum quem Indi in frustula concisum do-
 mur quisque suam portarunt, atq; elixum & assatum postea
 comederunt.

Venimus ad Zennais, Salvaisco, & Mepenes.

Cap. XVIII.

Hinc fluvium Parana ulterius navibus ascenderentes per-
 venimus quator dierum itinere ad nationem Zemias Salvais-
 co dictam. Huius homines sunt brevis statura & corpore crasso.
Indi nudi. Nulla alia re vivunt, quam carne, piske, & melle. Nudi ince-
 dunt, viri pariter & fæmine, sicut in mundum nascendo pro-
 dierunt, ita ut ne filo, aut alia quacunq; re corporis, ac ne verem-
Cervi Apri, da quidem operiant. Bellagerunt contra Macvarendas, Car-
Struthiones nes quibus vescuntur, sunt Cervorum, aprorum struthionum,
cuniculi gli- cunicolorum, qui cauda excepta, glirsum non multum diffini-
rium similes. les

les sunt. Distant à Macuarendas 15. milliaria, quod spaciū quadrupli itinere consecimus, & unicum tantum diem apud eos mansimus cum nec ipsi cibo multum abundarent. Sunt hi homines in star nostrorum praeponum, & habitant alias circiter 20. milliaria remoti à flumine, ut eā minus ab hostibus ex improviso obrui possint. Hoc vero tempore quinq^ue dies ante nos pasci in gratia hoc flumen acceſſerant, simulq^{ue} contra Macuarendas ad bellum gerendum inſtructi. Habent robur 2000. 2000. robur. virorum.

Hinc discedentes pervenimus ad aliam nationem Mepenes nomine, 10. millium virorum robur habentem. Hi sparsum atque undiq^{ue} habitant in illa regione ad 40. milliaria in longitudinem & latitudinem patente, sed intra biduum aqua terraq^{ue}, convenire omnes possunt. Multitudo Cymberum quas habent, ipsorum numerum superat, sicut apud eos vidi- mūs: & eiusmodi Cymbā, seu Canos ad viginti persona ve- buntur. Hic populus hostiliter & bellum more nos in flumine 500 scaphis exceptit, sed parvo suo cum emolumento, nam multos ex ijs nostrū bombardis interfecimus, Ipsi vero nec bombardas prelium in- nec Christianos ante viderant. Adeorū vero domicilia ve qui, Indi nec homi- nientes, nihil contra eos obtinere potuimus, cum illa prope in- burgas, nec segrum milliare, à fluvio Parana, ubi naves nostra erant, dista- Christiana- rent. Erant etiam circa eorum Pagum aqua valde profunde, viderant, qua ex lacu regnabant, ita ut aduersus hos, nihil quod ope- Mepenes mil- re preciū esset, efficere possemus, nisi quod 250. scaphas de- liare à Parava- prahensas exuſsimus atque deſtruximus. Nec etiam nobis, habitant. tam procul à navibus discedere, commodum videbatur, cum navicula- metuendum esset, ne ab altero latere in has impetum facerent. Exutus. 230. Itaque ad nostras naves reversi sumus. Hic populus Mepenes- tancum aqua bellum gerit, & distat à priore, à qua discessera. 95. milliaria- mus, natione Zemau Salvaſco 95. milliaria.

De Flumine Parabol & populis Cuere- magbas & Aygais,

Cap. XIX.

Parabol flu-
vius.

Cuermagbas.

Rerum.

15. Christiani
occisi,
Aeres bellato-
res.

*Inde ascenderes, & spacio octidui ad quendam flavi-
um appellentes, incidimus in populum valde numerosum, Cue-
remagbas dictum, qui & ipse tantum carne & piscibus vi-
vit, sed & ceratia habet (quaenostri Iohanns brot, vel Bock-
börnlein dicunt) unde vinum conficiunt. Hic populus omnia
nobis sua studia deserebat, & ea, que nobis opus erant, beni-
gnè nobis cum communicabat. Homines sunt ingentis & pro-
ceræ statura, tauri pariter, & mulieres. Viri in naso exiguum
foramen habent, cui ornatus gratia psittaci pennam inserunt.
Alii se et longa cœrulea lineis facies pingunt, que toto vite
sempore non abolentur. Verenda Linsego spinò ab umbilico
usque genua tegunt. Aprædictus populus Mepenes usque ad hos
40. millaria. Cuermagbas sunt 40. millaria; commoratiq; sumus hoc loco
tres dies.*

*Inde profecti ad aliam nationem pervenimus, Aygais
nomine, qua etiam carne & piscib. vivit: Viri fæminaq;
procera statura, Mulieres, instar precedentium, facies psin-
gunt, eodemque modo verenda segunt. Ad hos igitur cum
appelleremus, armis accipientes, se nobis hostiliter opponebant,
& iter intercludere volebant. Quod cum animadvertere-
mus, nec aliud medium, quam pugnam restare, rem Deo com-
mendantes, aqua terraq; aciem instruximus, & cum illis con-
fligentes, plurimos occidimus. Ex nostris etiam 15. cæsi occu-
buerunt. Sunt hi Aygais acerrimi bellatores aqua. Terra ve-
rò non item. Prelatiuri contra nos, uxores & liberos jam an-
te fugâ alio transfluerant, & quicquid esculentorum aliarum-
que similius rerum habuerant, occultaverant, ita ut nihil ab
illis*

CARIOS.

Cip. 26



illis impetrare vel obtinere potuerimus. Quid vero tandem illis contigerit, paulo post accipietis. Paganorum sisus est iuxta flumen lepidum nomine, habens ab altero latere fluvium Parabol, descendenter ex montanis Ritu, iuxta civitatem Euech Kamys. Distant hi Aygau à predictis Cuveremq; bas 35. milliaribus.

De populis Carios. Cap.XX.

Cum igitur necessario ab his populis descendendum esset, Carios 50. pervenimus ad nationem Carios nomine 50. milliaribus ab millaria. Aygau distantem, apud quam, De gratia, invenimus, ut dicunt nobis fuerat. farrus Turcici vel Maisij copiam, item radicem Padades, speciem pomi, eundemq; cum hoc saporem habentem. Item Mandiochpobior, castanea saporem habentem. Ex Mandeboere conficiunt Indi suum vinum. Habent etiam pisces, carnes, apros, struthiones, oves Indicas, magnitudine nostros mulos aquantes, Item cuniculos, gallinas, capras, & eius generis: mel ex quo vinum coquunt, in sufficiente copia. Abundat etiam hac regio gofypo.

Inhabitant hi Carios amplissimam regionem, ad 300. mil. Regio Carios liaria, in longitudinem, & latitudinem sese extendentem. longa lataque sunt homines brevis statura, & crassi, præg; ceteris laborum, asque operum patientes. Masculini labijs exiguum foramen habent & in eo fulvum crystallum, quem sua lingua Parabol dicunt, duarum spithamprum longum, & penne seu calamis ma. crassitudine. Viri seminaq; in hac natione omnes nudi, sicut à Deo conditi sunt ingrediuntur. Vendit apud hos Indos Pater vendunt se filiam, Maritus uxorem. Interdum etiam frater sororem, vel mutuo. vendit, vel pmutat. Fæminæ estimant, vel interula, vel cul- voratores hu- tri, vel securicula, vel alia re huius generis. Vescuntur hi Carios manarum etiæ carne humana, si huius ipsis copia fieri potest. Quādo enim carnium-

Saginant homines ad matationem,
in bello, aliquos capiunt, sive viri sint, sive fæmine, juvenes
aut senes, eos, non aliter, atq; nos porcos, saginant. Fæminam
vero etate & forma commendabilem aliquot annos retinent,
si vero interim non omnibus eorum cupiditatibus se se accom-
modat, mactatam devorant, solenni epulo instituto, ut apud
nos nuptia celebrari solent. Veterum vero servant, donec ipsa
Carios longi sponte & perse moriatur. Hi Carios longinquiores fuscis,
Inscipiunt isti piunt profectiones quam nulla harum nationum ad Rio della
Plata. Sunt bello acres, & illorum pagi atque oppida ad Flu-
vium Parana terrâ editiore, atque sublimiore sita sunt.

De Civitate Lampere, quomodo obsessa & expugnata fuerit.

Cap. XXI.

Civitas Lampere.

Horum Civitas, quam incola Lampere vocant, duplice
propugnaculo ex lignis fabrefacto, tanquam sepimento cir-
cumdata fuit, singulis vallis viri densitatem seu crassitudinem e-
quantibus, distatq; unum vallum seu propugnaculum ab alte-
ro 12. passus. Vallis ad oryge quantitatem in terram defossi,
tanta altitudine supra terram extiterunt, quantum quis gla-
dio extenso pertingere potest. Fossas etiam habuerunt, & fo-
veas 15. passus à mænibus distantes, & ad altitudinem trium
virorum statura egestas, in quarum medio infixa fuit hasta

Fossa.
Fovea.
Cavilatis In-
teriorum.

non tamen supra terram eminens, instar acicula acuta. Haec
foveas stramine contextas, impositis farmentis, & terra mo-
dicè inste sparsa, ideo ita fecerant, ut nos Christiani eos inse-
quentes, vel eorum oppidum oppugnaturi, in eas laboremur.
Sed haec foveas sibi ipsis egesserunt, & tandem in eas delapsi
sunt. Noster enim summus Gubernator Iohan Eyollas, cum
collecto omni milite, qui ultra 300. non erant (nam 60. ad cu-
stodiām

Lampere

PARABOL. I LVS.



stodium Bregantinarum reliquerat) instructis atque ex pedie scie instru-
ordinib. adversus eorum urbem Lampere profici sceretur, ipsi tur-
nostrum adventum adjectum glandis bombardica anna cum
suo exercitu, quatuor millium virorum. arcu atque sagittis, Quatuor mil-
pro more instructorum, presentientes, nunciari nobis jubent, lia Carois aro-
petentes ut conversi ad nostras naves redeamus, se nobis de-
mata.
commeatu. & alijs rebus necessarijs prospecturos. ut bona cum
pace quam primum discedentes ad nostros redire possemus. Sed Legatio Carois
ut eorum petitioni assentiremur, neque Praefecto nostro, neg. ad christianos
nobis integrum erat. Nam hac regio atque gens ob copiam
comeatus etiam nobis per quam idonea & commoda erat, pre-
fertim cum elapsis annis quatuor continuus ne buccellam panis
vidissimus, tantum piscibus & carne, & sepe etiam in summa
penuria harum rerum viventes.

Carios ergo isti acceptis arcubus & sagittis, his nos exci-
piebant, & salutabant. Nos vero eos latere nondum volu-
mus, sed significari mandavimus, ut quieti essent, nos ipsorum
amicos futuros. Sed his acquiescere non voluerunt, nondum es-
tim bombadas, & gladios nostro experti erant. Igitur cum
paulo propius adeos accessissimus, tormenta aveain eos emisi, predium como-
mus, Quod cum audirent, & viderent, eos homines mortuos mittitur.
concidere, cum nec globi nec sagittae apparerent, sed tantum
foramina in eorum corporibus conspicerentur, cum stupore mis-
rabantur, & paventes summo cum terrore se turmatim in su-
gam coniungiebant, sese mutuo tanquam canes obruentes: dumq;
summa cum festinatione se in pagum suum recipere properant, 300 Carios
plures 300. in illa trepidatione in soveas prædictas, quas eges
serant, cadunt, prius secesserant.

Postea nos adeorum Civitatem accedentes, eam oppu-
gnavimus, ipsi sese acriter, in tertium usq; diem defendenti-
bus. Cum autem amplius sese tutari non possent, uxori bus tur & oppu-
etiam et liberis suis, quos secum in oppido habebat sollicitè me gnatur.

Carios dedit, tuerent, gratiam atq; misericordiam nostram implorabant,
ment faciunt, promittentes, se nobis & in nostram gratiam pro arbitrio no-
stro omnia facturos, modo eorum vite parceremus. In hoc tuo
multo ex nostris 10. oscubuerunt. Adduxerunt etiam ad no-
strum Capitaneum Eyollas, sex feminas, inter quas gran-
dior tantum 18. annos nata erat, Afferebant etiam sex cer-
tos, & aliam ferinam, rogantes ut apud eos maneremus.
Insuper Milites binis mulierculis donabant, qualotionibus,
& alijs ministerijs spissis seruirarent. Fictu etiam & alijs ad ali-
menta necessarijs, nobis prospiciebant. Atq; ita inter eos &
nos pax constituta fuit.

In Lampere castellum extruitur & Assumptio
vocatur Christiani Carios ipsis auxilia
subministrantibus arma in
Aygais convertunt.

Cap. XXII.

*Castellum ex
lapide & ligne
extrudum.*

Lampere af-
sumptio voca-
tur.

Carios ab Ay-
gais 50 mill.
& Bona Speran-
za seu Tiem-
bus 334. mill.
absunt.

Eduus cum
Carios.
300. Christia-
ni cum 800.

Hic ita confecti Carios coacti sunt nobis ex lapide, terra
& ligno magnam domum extruere, ut Christiani, si in poster-
rum contra eos seditionem moturi essent, receptum haberent,
in quo ruti essent, seq; contra injuriam defendere possent.
Hunc eorum pagum seu civitatem Anno Christi 1539. in fe-
sto Assumptionis Marie expugnando occupavimus, eiq; hoc
nomen attribuimus, ut in hunc diem ita vocetur. Atq; hic
morati sumus duos menses. Distant hi Carios ab Aygais 50.
millaria, atque Insula Bona Speranza quam Tiembus inhabi-
tant, millaria circiter 334.

Facto igitur fædere cum his Carios, promiserunt hi, se-
bella gerentib; nobis auxilia laturos, & si expeditionem con-
tra Aygais susceptur simus 18000. virorum nobiscum misse-
ros. Cum igitur noster Prefectus hac ita decrevisset, assump-
tio 300.

300 Hispanū, cum hū Carios secundo flumine Parabol descen-
dentes, 30. milliaria terra confecimus, donec ad locum pverc- Aygau.
nimus, ubi dicti Aygaū habitabant. Hos igitur, vetere loco, ut
reliqueramus, ex improviso in suis domicilijs, cum adhuc dor-
mirent, (Carios enim omnia exploraverant) manē insrater-
siam & quartam horam oppresos ad internectionem, senes pa- Ingens tades.
riter & juvenes, cecidimus. Carios enim hunc morem habent,
ut victores in bello, absq; nulla commiseratione, omnes homines
interficiant.

Post hacc circiter 500. Canas seu cymbas auferentes, omnes 500. naves ca-
vicos, ad quos pervenimus incendio delevisimus, insuper multū punit exustū
damni dantes. Mense clauso, veniebant ad nos aliqui ex Ay- omnibus pagis
gais, qui tunc peregrē absentes, huic pugna non interfuerant,
seq; in nostram potestatem dedentes gratiam veniamq; pete- Aygaū in gra-
bant. Hos Capitaneum nostrum in fidem ditionemq; recipiuntur.
re oportebat, idq; ex Cosa. Maiestatis, mandato, praecep-
tis, ut Indos vel tertium veniam petentes in gratiam recipi-
remus. Si vero quis tertio fidem falleret, is ut Mancipium per-
petua captivitatis addiceretur.

Manent Asumptione, explorant situm & condi-
tionem regionis, & amplius Fluvium na-
vib; ascendunt. Cap. XXIII.

In hac igitur civitate Assumptionis D. Maria 6. Mensis 6. menses me-
perseverantes quiete nos resecimus. Inquisivit interim noster nra Asumptio-
Capitaneo D. Eyollas opud hos nostros Carios, de natione Piem- one.
bos dicta, à quib; responsum accepit, distare illā à Civitate Af- Docentur de
sumptionis centum prope millaria, fluviumq; Parabol sursum natione Piemo
accolere. Interrogati amplius, an alimētorum copiā haberent,
unde & qbus rebus viverent, qui ipsorum mores & conditio
esset? respondet denuo. Hos Piembos, nullum alium cibum atq;
2013-

commeatum habere, prater carnem & pisces, cerasia etiam, ab ipsis Algorobo dicta ex quibus farinam conficerent, quam piscibus adjungentes comedenter. Quin & vinum indecon-
ficiunt, quod dulcedine cum nostro muso certat.

Instruunt se ad iter. De his rebus D. Eyallas noster Prefectus ita edictus, da-
bat mandata, ut s. Navigia Turcio farre seu Maisio onera-
rentur, atque alijs rebus necessarijs instruerentur, ita ut intra
spacium duorum mensium omnino ad iter faciendum expedi-
ta essent: Se interim sibi quoque cum suis omni necessario ap-
paratus provisurum, ac primò Piembos, postea etiam nationem
Carachkarae dictam bello aggressurum. Ad hæc omnia Ca-
rios semper omnem studium & obedientiam prolixe defere-
bant, seq; mandatis Capitanei nostris in omnib; punctis fidel-
iter obtemperaturos promittebant. Rautas, etiam jubet Ca-
pitaneus omnium rerum copia necessaria naves instruere, qua
hæc expeditio maiore cum successu perfici posset.

His igitur omnibus ita dispositis atque expeditis, cum
jam naves commeatu & alijs rebus necessarijs, oneratae essent,
Tuerant circu- convocat milites Capitaneus, & ex quadringentis viris 300.
ser, ac, viri, quos praeceteris armis & alijs reb; bene instructos videbat
centum prasi deligit, reliquos centum in civitate Assumptionis apud di-
diarij Assum. Etos Carlos relinques, Sursum igitur flumen navigando a-
scendebamus, & semper spacio, milliaris, ad vicum aliquem,
ad fluvium Parabolitum appellabamus, quorum incole omni
necessario commeatu, piscibus videlicet, carnibus, gallinis,
anseribus, Indicis ovibus, & struthionibus nobis obviare ce-
nibant. Ad ultimum igitur Pagum, Carlos subjectum qui
VVeibingo dicebatur, à Civitate Assumptionis Mariae 80. mil-
liaria distantem pervenientes, accepimus ab eis commeatum,
atq; res alias, quas ad sublevandam nostram egestatem ab ipsis
consequi poteramus.

D. Monte S. Fernandi & de Paiembos,
Cap. XXIII.

Illinc discedentes pervenimus ad montem nomine Fernando, similem illi, quem Bogenberg vocant. Iste incidi-
mus in dictos Paiembos à VVeibingo 12. milliaria distantes. Mons fernan-
de. Hi nos amicè, & pacifice excipiebant, sed animo insido & do-
milliaris.
loso, ut postea intelligetur. Higitur nos deducebant in sua do-
micia, & subministrabant pisces, carnes, ceratia, seu panem
Iohannis, ut ijs vesceremur, atque ita totos novem dies apud
illos habemus. Interim noster Praefectus ab eis inquire man-
dabat, num nota ipsis natio esset, Carcariso dicta? Respon-
dent illi, de hac amplius sibi nihil constare, quam quod audi-
endo accepissent, illam scilicet procul hinc habitare in regione,
auro & argento abundante, verum horum se nullum unquam
vidisse. Amplius etiam addebat, hos Carcariso homines es-
se sapientes, quemadmodum nos Christiani simus, & abundas-
re cibarjs, farre videlicet Turcico, Mandeoch, Manduis, Pe-
tades, Mandeoch VVachkeku, Mandeoch Purpy, Mandeo-
och Adè, Mandeparea, & alijs radicibus, carne item ovium
Indicarum, Amte dictarum, que animalia sunt, asini simi-
lia, pedes instar vaccarum habentia, cute spissa atq; crassa?
Cunicolorum etiam, cervorum, anserum, atq; gallinarum co-
piam habere: verum nullum ex Paiembos, se quemadmodum
commemorassent vidisse. sed tantum ex aliorum relatu habe-
re. Nos vero postea, quomodo omnia se haberent certò ex-
pertisimus.

Hac edictus postulabat noster Supremus Praefectus à Pa-
iembo aliquot, qui nobiscum in illam regionem proficiseren-
tur, ad quod promisæ offerebant, ordinabatq; illico ipsorum 300. Paiem-
bos proficisciens 300. Paiembos, qui nobiscum eunt, ci-
tetur cum Chris-
taria, atq; alia nobis necessaria gestarent. Mandat igitur no-
strianæ.

ster Praefectus his hominibus, ut rebus ad hanc expeditionem necessariis se instruant, nam se intra quatriduum iter ingressum Tres naves de- surum esse. Deinde ex quinq; navibus tres destruci curabat: ad struunt. reliquas duas ordinabat ex nobis Christianis 50. viros, qui 2. naves præsi- bus præcipiebat, ut se absente, illic, 4. menses morarentur, dio 50. viro, cum expectantes, quod si tempore definite ad nos non rever- tum muniun- teretur, ut his duabus scaphis civitatem Assumptionis Be- 50. viro 6. Mariae repeterent. Accidit vero ut totos sex menses a- menses apud pudhos Paiembos maneremus, nec quicquam interim de no- Paiembos ma- stro Praefecto Iohanne Eyollas experiremur: deficiebat etiam nos commeatus. Necessario ergo cum Dominico Eyollas, qui 2. n. 10es Af- interim nobis Capitanus datus erat, navigiis nostris ad pre- sumptionem re- dictam civitatem Assumptionis Mariae, quemadmodum deunt.

Summus Praefectus Dom. Iohannes Eyollas
terra ad Naperus, & Peisennos conten-
dit, sed in reditu cum omnibus Chri-
stianis interficitur.

Cap. XXV.

Quo vero eventu noster supremus Capitanus Dominus Iohannes Eyollas hanc expeditionem suscepit, quidque in ea ipsi contigerit ex sequentib. breviter patebit.

Naperus. Digressus à dictis Paiembos pervenit ad nationem Nape- rius dictam, sædere & amicitia Paiembos juncitam, cui præter carnes & pisces nihil erat. Est autem natio populosa, de istis Naperus noster Supremus Praefectus etiam quosdam sibi ad- jungebat, qui ipsi viam monstrarent, Nam per varias natio- nes magno labore, & summa omnium rerum penuria ipsis pro- ficiendum erat, Experiebantur enim vias multorum ho- biliter

Persepolis.

NAPERV

PAIEMBOS.

A filiter ipsis resistentium, Christianis proptermodum dimidia Christianorum parte morientibus. Delatus igitur ad quandam nationem, dimidia pars cui Peisennos nomen fuit, alterius pergere non potuit, sed o- moritur. minicūm populo regredi coactus est, exceptis tribus Hispanis, quos ob adversam valetudinem apud Peisennos reliquit. Peisennos.

Igitur noster Capitaneus Iohannes Eyollas per se quidem satis commode valens, una cum populo, & suo milite regressus est, & ad tertium usque diem apud hos Naperus quiete se cum Regrediuntur. suis refecit, populus enim ex itinere lassus lanquebat; Et mu- nitio etiam, cum instrumento nos deficiebat. Quod intelligen- Desectiū mu- tes Naperus & Paiembos, inter se conspirant, ut Praefectum nationis, seu in- Dominum Eyollas, cum omnibus suis occidant, quod & perfe- strumenti erunt: Nam cùm prædictus noster Praefectus à Naperus, ver- bombardici. suis Paiembos cum suis Christianis proficeretur, & jam pro- Piembos & ptemodum medium iter consecisset, dicta ha duæ nationes, in Naperus con- vepréto, & sylvula per quam Christianis eundum erat, (quem locum insidijs delegerant) ex improviso in eos imprestationē fe- cerunt, Estq; ab illis Praefectus, unā cum suis Militibus agris & languentibus, tanquam à rabiosis canibus ad internecio- mni suo popu- nem casus, ita ut ne unus quidem evaderet. lo occisi.

Experti ipsorum Praefectum occisum, Marti, num Dominicum Eyollas summum Gubernatorem creant.

Cap. XXVI.

Interim dum nos so. viri, Assumptionem reversi, nostrum Praefectum expectamus, per indicium cuiusdam Indi, qui D. Jos- bannus Eyollas defuncti mancipium fuerat, à Peisennos ipse traditum, qui, ut lingue gnarus hostiū manus effugerat, quid accidisset experitur. Is ab initio usq; ad finem, omnem rem, ut gesta erat, exponebat, verum nos illi fidem penitus adhibe- re non voluimus.

Vig. ad an.
num 1541.

Cum igitur annum integrum in dicta Civitate Assumti. onis consisteremus, nec quicquam explorati, de nostris homi- nib. percipere possemus, praterquam, quod Caro noster Capitanus Martino Dominico Eyollas indicabant, publica fama ja- cetari, omnes Christianos à Naperus, & Paiembos imperfectos esse, tamen his etiam assentiri nolebamus, nisi aliquem ex Pi- embos hac narrare audiremus.

Elapsis igitur propemodum dnobus mensibus, accidit, ut Caro aliquis duos Paiembos, quos ceperant, ad nostrum Capitanum adducerent. Hos cum interrogaret noster Capitanus an ipsi in perpetrandis nostrorum caede adjutores fuissent? ne- Per torturam gabant omnino, ac dicebant, nostrum Praefectum cum suis examinans, nondum has regiones egressum esse. Mandat igitur noster Pra- fectus Iudici, atque latrunculatori, ut questione adhibita, ve- fatentur ea- titatem ex eis exprimerent. Indicant ergo hi, nostrum Capi- dem. tanum (ut supra commemoravimus) cum omni populo, à Nas- perus, & Paiembos in sylva per insidias ex improviso oppres- sum, atque imperfectum esse: Hos igitur duos Paiembos, ar- bori alligari, & ingenti igne procul circumposito noster Capi- tanus exurijubet.

Interim nobis Christianis consultum videbatur, ut sapi- us nominatum Martinum Dominicum Eyollas supremum Martinum Do- quum, atque benevolum se se prestitisset, donec ab Imperato- ria Maiestate aliud mandaretur.

Praefectus crea- sur.

Praefectus praesidio Assumptionem munit, venit ad Tiembus, ubi multa confusè cum homi- minibus feris siebant, imponit præ- sidium Corpori Christi, navi- gat ad Buanas Aeres.

Cap. XXVII.

Dabat igitur mandata dictus noster Praefectus, ut quatuor Brigantine instruerentur, assumensque de populo 150. viros, ceteris in urbe Assumpcio. Mariæ relictis, praeferebat, quod 150. viros apud Tiembus relictos (ut supra diximus) Item illos 160 Hispanos, qui in civitate Buenas Aeres apud naves manserant, in jam dicta Civitatem Assumptionis congregate vellet. His igitur quatuor Brigantini fluvios Parabol, & Parana secundo flumine descendebat, veniebatque ad Tiembus, quem locum primum appellantem: Bona Speranza, castellum, vero in quo nostri praesidiarij milites erant, Corpus Christi nominaveramus.

Nota. Corpus Christi idem ille locus esse putatur, quem plantare de Iudeo, Hondius & alijs in suis tabulis Geographicis S. Salvatorem vocant. Nam Situ & distantia a Bonas Aeres convenient.

Prius vero, quam Assumptione ad Tiembus veniremus, quidam ex Christianis, scilicet Capitaneus Franco Ruus, Sacerdos Iohan Baban nomine, & quidam Secretarius Iohannes Ernandus, tanquam subordinati gubernatores Christianorum, infida atque scelerata consilia inierant, de interficio Indo- rum Tiembus Capitaneo, & alijs quibusdam Indis cum eo: quod sceleratum facinus & opere compleverunt, ut non sine scelere ante nostrum & nostri Praefecti Martini Dominici Eyllas adventum, (ut dictum) tollerent è medio eos Indos, à Tyrannis. quibus jam longo tempore non exigua acceperant beneficia. Illic ergo appellantem cum facinus tam triste experirentur, supra modum perterfacti sumus, prorsim cum Tiembus omnies aufugissent, sed post factum huic malo mederi non possemus. Mandabat igitur noster Praefectus Antonius Men- doza, quem tanquam Capitaneum cum 120. è nostris, in castello Corporis Christi, praesidio, reliquerat, addito etiam com- Antonius Men- doza Capita- news apud Ti- embus.

meatu si chara ipsi satus sua & vita esset, ut ab Indis omnibus modis sibi caveret, atque nocte dieq; diligenter excubias haberi curaret. Sig. Indi amicitiam praeferentes ad eos venirent, ipsos ut viciissim benevolè tractarent, omnia humanitatis officia prestantes, interim tamen diligenter sibi proficientes, & per omnia carentes, ne vel ipsi, vel alijs Christianus damnum detur. His ita dispositis, instruit se, ad continuandum susceptum iter, assumtis tribus hū personis, qui cædū factores fuerant, Francum scil: de Ryo, Iohannem Babon, & Ernandum. Cum jam iter ingressuri essent, adveniebat quidem proceribus Tiembus Zuche Liemi nomine, Is quamquam summus Christianorum Amicus esset, tamen propter uxorem & liberos aliosque suos cognatos & familiares, in eapud Tiembus rum consilia consentire, cogebatur. Is igitur nostrum Praefectum Eyollas monebat, ut omnes Christianos secum de vehementi flumen curaret, iam enim totam regionem omnem robur armorum expeditivisse, ut eos omnes vel penitus excinderent, vel universa regione pellerent. Huic respondet noster summus Praefectus Martinus Dominicus Eyollas, se brevi, redditurum: sumque populum satis virium ad sustinendam Indorum impulsionem habere, Addebat deinde petere se ut Zuche Liemi, cum uxore, liberis & omnibus familiarib. omni etiam suo populo ad Christianos transires, se cura illis conjungens, quod & facturum se promittebat. Post hac noster summus Praefectus fluvium devehitur, & nos Corpore Christi relinquit.

Tiembus 50. Christianos infidiose & per præditionem interficiunt. Christiani relicto Corp. Christi navibus Buenas Aeres descendent.

Cap. 28.

Fli Parana siue Rio della Plata:

Christi.



Cap. XXVIII.

Post octiduum vel circiter mittit predictus Indus Zuche
Liemi unum ex suis fratribus Suelapa nomine, verum insidiosè
& proditorie, & petebat à nostro Capitaneo Mendoza, ut ei
se Christianos bombardis & alijs armis instructos concederet,
se enim omnem suam substantiam, cum tota familia, ad nos
translaturum, atque in posterum inter nos habiturum; si-
gnificabat enim, quod sibi à Tiembus valde metueret, nec alio
modo rem suam familiarem tuto & salvam ad nos transferre
posset, & in summa salem se exhibebat, ut qui noster amicus
esset, & vehementer nostris commodis studeret: promittebat
etiam, se commeatus, & aliarum rerum necessiarum ma-
xi:nam copiam secum ad nos allaturum. His persuasus noster
Capitaneus, non ^{so.} sed quinquaginta Hispanos, armis, & bom-
bardis cum omni instrumento, optimè expeditos atque muni-
ciscuntur ad Tiembus.
eos adjungit, simultamen diligentissime monens ut cautè at-
que sollicitè ubique suis rebus attenderent, ne damno aliquo
ab Indis afficerentur. Aberant autem à nobis hi Tiembus
non multum supra dimidium milliare. Cum igitur nō so.
viri venissent in planicie ante ipsum domicilia, accedunt
eos Tiembus, & osculo Iude excipiunt, carnem & pisces affer-
rentes, quibus vescerentur: Dum itaque cibis Christiani
cipiunt fructu, irrunt in illos ^{so.} viros amici, atque alijs Tiem-
bus apud illos collecti, cum yis quoq;^z, qui in domiciliis & cam-
po se occultaverant, atque his ita consecrant epulas, ut pre-
ter unicumpuerum Caldero nomine, quicorū manus clapsus interfecti,
erat, nemo salvus evaderet. Deinde ^{so.} 10000. robore nos Castellum
aggrediebantur, & continuos quatuordecim dies, vicum, Corp. Christi
quem nos occupaveramus obsidebant, omnino in hoc intenti,
ut nos oppressos penitus delerent: Deus tamen hoc clementer
evertit, & eorum conatus impedivit.

Fece-

Fecerant sibi longa hastilia, ex gladiis, quos à Christianis imperfectis consecuti fuerant, quibus punctim & casim contra nos dimicabant, nocte dieque nostrum vicum oppugnantes. Nihil tamen efficere, & contra nos obtinere potuerunt. Post diem decimum quartum accidit, ut hi Indi acerrimo nos impetu oppugnarent, summisque veribus in nos impressionem facerent incensis etiam domicilijs nostris: Interim noster Capitanus Antonius Mendoza romphæa armatus, portam egrediebatur, juxta quam Indi aliquot in insidij latebant, ita ut non conspicerentur. Egressum ergo porta Indi suis hastilibus, transfigunt, ut statim mortuus in terram concidat. Quia vero Indi cibaria deficiebant, hic diutius se sustinere non possebant, sed intermissa obsidione discedere cogebantur. Post hec duas Brigantine, commeatu atque alijs rebus necessarijs oculis sua ad nos appellebant, quas noster summus Praefectus ex opposito Buonas Aëres ad nos misserat, ut his nos usque ad eius adventum sustentaremus. Quemadmodum igitur harum aduentus exilarabamur, ita hi, qui cum Brigantinis ad nos appulerant, propter cædem Christianorum incredibili mærore afficiebantur. Communi igitur consilio statuebamus, id quod & consultissimum nobis videbatur ne diutius in hoc vico Corporis Christi hereremus, apud hos Tiembus morantes, sed ut flumen devecti, collectis omnibus copijs nostris Bounas Aëres ad nostrum summum Praefectum Martinum Dominicum Eysollas reverteremur. Qui nostro adventu conterritus, vehementer se angebat propter cladem populi, incertus consilij, quid agendum quid porro incipiendum, cum etiam victus & alia res necessaria nos desicerent.

**Anton. Men-
doza interfi-
citur.**

Tiembus obli-
dionem sol-
vunt.

Dua navicula
veniunt a Bu-
nes Aëres
corpo chri-

**Redeunt B.
Aëres.**

Christianii
quid agendum
nesciunt.

do Buonas Aëres ad nos misserat, ut his nos usque ad eius adventum sustentaremus. Quemadmodum igitur harum aduentus exilarabamur, ita hi, qui cum Brigantinis ad nos appulerant, propter cædem Christianorum incredibili mærore afficiebantur. Communi igitur consilio statuebamus, id quod & consultissimum nobis videbatur ne diutius in hoc vico Corporis Christi hereremus, apud hos Tiembus morantes, sed ut flumen devecti, collectis omnibus copijs nostris Bounas Aëres ad nostrum summum Praefectum Martinum Dominicum Eysollas reverteremur. Qui nostro adventu conterritus, vehementer se angebat propter cladem populi, incertus consilij,

metamorphoset, cum etiam victus & alia res necessaria nos desicerent.

Navis cum recenti milite ex Hispania adveniens,
S. Katharinam appellat, ad quam nostri
Bireme contendunt:

Cap. XXIX.

Cum igitur in diem quintum Buenas Aeres perseveraremus, venit ad nos navicula, quam caravellam vocant, ex Hispania, adserens nova, appulisse nimirum navem ad S. Katharinam, cuius Capitanus Allunzo Gabrero, secum ex Hispania advehceret 200. Milites. Quod cum noster Capitanus comperisset, ex minoribus navigis unam, quam Galeam vocant, instrui mandabat, ut eam quam primum in Brasiliam, S. Katharinam mitteret, quae 300. milliaria à Buenas Aëres distabat; dato etiam huic Capitaneo, qui navem gubernaret, Gonzallo Mendoza: additis etiam mandatis, si S. Katharinam appelleus in illam navem incideret, ut alteram ex navibus, oryza, Mandeoch, & alijs esculentis pro ut ipsi commodum videbatur onerarent. Gonzallus igitur Mendoza, acceptis his mandatis petebat à supremo Prefecto Martino Deminico Eyollas, ad iter hoc sibi adjungi septem ex militibus quibus confidere posset, quod ipsi promittebat, Me igitur, & vigat. Hispanos, cum alijs 20. Militibus sibi delegit.

Solventes igitur bonos Aëres, spacio unius mensis ad S. Katharinam appulimus, ibique inventa navis, qua ex Hispania S. Katharinam advenerat, unâ cum Capitaneo Allunzo Gabrero, omni, rinam tenuique milite, gaudio affecti sumus magno. Comngrati ergo dunt, cum his duos mensis postea nostram navem oryza, Mandeoch, & farre Turcico, quantum capere poterat, oneravimus, ita ut ambabus navibus nihil amplius, quod nobiscum advehceretur imponi posset. Cum igitur ambabus navibus, unâ cum Capitaneo Allunzo Gabrero, & omni ipsius milite, S. Katharinam solventes, bonos Aëres navigaremus, & pridie omnium gant. Sanctorum ad Paranan fluvium, 20. milliaria adhuc à Bonos Aëres distantem appulissimus, conveniebat ea nocte ambo navigia, quorum Navicularijs se mutuo interrogabant, Vtrum

jam in fluvio Parana effemus. Id cum affirmaret noster, alter contra, nos prope 20. adhuc abesse contendebat. Nam quo-
ties 20 vel plures naves una iter faciunt, vespere sole occiden-
tis nauitatu.

*Descriptio Flu-
rii Parana.* mos nautarum
habet, quantum itineris eo die consecisset, quo vento per no-
ctem navigaturi esset, ne a se in vicem divellerentur. Flu-
vius Parana uniuersu, ad sinum vel oestum, 30. milliarium lati-
tudinem habet, durantem 50. millaria continua, usq; ad por-
turn S. Gabrielis, ubi Parana fluvius 18. millaria latus est.
Post hanc noster navicularius alterius navis gubernatorem in-
terrogat, an se navigando sequi velit, cui alter, jam noctem
imminere respondit, ideo se in mari, usque ad solis ortum pers-
severaturum, nec nocte intemperita ad terram appellere welle.
Eratque his Navicularius in sua navis gubernatione sanè no-
stro circumpector, quod eventus postea declaravit. Conti-
nuabat ergo noster suscepimus iter, altero relicto.

Nautarum
diffensio.
Naves sopa-
rantur.

Naufragium faciunt, aliqui in terram evadunt ad
S. Gabrielem, inde Bonos Aeres conten-
dunt, & Assumptionem navigant.

Cap. XXX.

*Navigantibus igitur nobis nocte, ingens procella mare
turbabat, ita ut circa horam 12. vel primam ante solis ortum,
antequam nostras ancoras in mare emitteremus, terram aspi-
ceremus. Nauis igitur nostra vadè alisa est, cum quidem
adhuc milliare, vel amplius à terra abessemus. Nullum ergo
buic malo remedium invenire poteramus aliud, quam ut ad
Deum vota facientes, eius misericordiam imploraremus. Ea-
dem hora navis nostra in plures mille partes resoluta, confra-
cta est eque nostris & ex Indis 6. in aquis suffocati perierunt.
Aliqui magnis trabibus adherentes enatarunt. Ego cum quis-
que*

Naufragium.



que socijs mali adminiculo evasimus. Quindecim autem per Schmidel cum sonarum cadaver nullum invenire potuimus. Deus ipsis, no. s. socijs in malo bique omnibus propitius sit. Postea 50. millaria, pedestri se servat itinere, nobis confienda erant, cum quidem vestimenta non per terram iter stra, una cum universa almonia in nave amissimus, ita ut facimus ad tantum radiculis, alijsq; fructibus, quos per campos hinc inde, portum S. Gab invenire poteramus, nos sustentare cogeremur, donec ad Portum S. Gabrielis perveniremus, in quo navim predictam cum suo Capitaneo invenimus, qui 30. dies ante nos appulerat.

Noster vero summus Capitaneus Mar. Dom. Eyollas, hoc nostrum infortunium, quidq; nobis factum, jam ante per indicium acceperat, qui una cum suis, mero summo afficiebatur, non aliter sibi persuadens, quoniam nos omnes extinctos esse. Mandabat igitur, ut pro nostrorum animarum salute aliquot missa legerentur.

Buonos Aeres cum delati essemus, noster supremus Praefectus, Capitaneum nostrum navis, & eius Gubernatorem ut se cognitioni sificant, citari mandat, qui & Gubernatorem, sive Pillotam, si non tante tamque graves intercessiones intercessione servas venissent, procul dubio suspedio punivisset. Damnatus fuit tur, tamen in quadricinium ad Brigantinam.

Collecta ergo omni nostra multitudine in Bouinas Aeres, mandat noster supremus Praefectus, Brigantinas expediti, & in eas omnem militem congregari, reliqua vero navigia, conservatis tamen ferreis vasis atq; instrumentis, incendio deleri jubet. Rursum igitur fluvium Paranam sursum navigamus, adq; predictam nostram civitatem Assumptionis Mariae appellentes biennium ibi commorati, ampliora Casa. Mater redeune, suis mandata expectabamus.

Alvarus Nugvez ex Hispania abiens, primo San. Katharinam, deinde Assumptionem cum 300 Hispanis appellens summus Gubernator creatur.

Cap. XXXI.

Interim hec dum ita geruntur, adventat ex Hispania Capitaneus quidam Alvarus Nugvez Cabeza de Vacha, quem Casa. Maestas, Praefectum creaverat, & cum 400 viris. Et 30. Equis in quatuor naves distribuerat, e quibus duas maiores, reliqua due Caravellas fuerunt.

Nota. Franciscus Lopez Cap. 89. scribit de hoc Alvaro Nugvez, quod anno 1541. una cum 400. militib. & 46. equis à Casa. Maestate Rio della Plata missus fuerit. Fuit autem 8. totos menses in itinere. Ergo primum 1542. Assumptionem appulit.

s. Carevelatum naufragium
Haec quatuor naves, in Brasilia ad portum VViesaij, vel Sa. Katharinam appulerunt, commeatum inquisitura. Cumque Capitaneus duas Caravellas octo millaria a portu ad commeatum querendum ablegasset, talis eas procella obruit, ut in mari confacte perierint, hominibus tamen qui in ijs fuerant, servatus. Hoc Alvarus Capitaneus summis cum compoperisset, maioribus navigijs, se amplius aquis committere non ausus fuit.

Terra iter facilius.
Prorsus igitur illa destrui curabat, atque per terram facto itinere versus Rio della Plata, tandem Assumptionem 300. viri Af- ad nos pervenit, adducens de 400. viris trecentos, reliquis sumptionem vel inedia, vel morborum servicia extinctis. veniunt.

Hinc Capitaneus octo totos menses in itinere fuerat, sunque in Civitate Assumptionis, usque ad portum S. Katharinae 300. millaria. Hoc do itinere directissimo atq. proximo intelligentum est, Nam ab Assumptione secundo fulmine usq. ad mare, sunt 334. millaria, & usq. ad S. Katharinam 300. Adferebat etiam Alvarus Alvarus Nugvez titulum sue gubernationis ex Hispania, sibi à Casa. Nugvez supremus Matestate concessum, atq. ideo postulabat, ut noscr Praefectus Gubernator. Martinus Dominicus Eyollas, totam administrationem ipsi cederet, populusque ipsius iussus pareret. Id quod & Dominicus Eyollas, & populus universus, summa cum voluntate facere paratierant, hac tamen conditione, ut hanc sibi & à Casa.

Cesa. Maiestate concessam potestatem aliquo evidenti documento probaret. Hoc autem tota congregatio extorquere non potuit. tantum Sacrifici, atque unus & alter, ex Capitulis his hoc asserebant. Verum quid huic Præfecto contigerit, ex sequentib. cognoscetur.

Hic Gubernator Delectum militum habet, mittit
navigia, ut flumen sursum nавигент, atq;
ad Surucusis atq; Achkeris tendant,
quorum Præfectum suspen-
derunt.

Cap. XXXII.

Dicitus igitur Alvarus Nuguez lustrato milite, depre*hendit universi exercitus numerum esse octo milium viros*, lustratio mi-
rum, Initactiam amicitiam cum Martino Dominico Eyollas,
alter-alteri fraternam fidem atque conjunctionem jurabat, ita
ut Eyollas non minus quam antea a potestate populo mandata
dandi haberet. Gubernator igitur cum 9. Brigantinas instrui
mandat, in flumen, quantum possibile sit, nавигандा ascen-
dat. Antequam vero navium apparatus absolvebatur, præ-
mittit 3. Brigantinas cum 115. Militibus, præcipiens ut quam 3. navicula
procul possint, contendenter, ac Indos far Turcicum seu Mai si. sursum nавио
um habentes inquirerent.

Adjungebat etiam eis duos Capitaneos Antonium Ga- Anton. Gab.
berronem atque Diegum Tabellinum. Hi igitur initio ad na- et dieg. Tabell.
sionem Surucusis nomine veniunt, Far Turcicum seu Mai si. capitanei.
um, Mandoch, & alias eius generis radiculas, Mandues etiam,
que instar nostrarum avellanarum sunt, pisces, atque carnes
habentem. Viri in labijs gerunt ceruleum lapidem alea calcu-
lis instar. Femina vero verenda contingunt.

Apud hanc nationem nostra navigia relinquebamus,
& cum his quosdam ex socijs nostris, quibus horum custodiam
mandabamus, nos vero quatuor dierum itinere, in ipsam re-
gionem ingressi, perveniebamus ad Pagum, ad Carios 300.
virorum robur habentes, pertinentem, ibi igitur statum at-
que conditionem totius regionis explorantes, accipiebamus, ab
yis, aqua & placida responsa. Inde ad nostras naves reversi,
& fluvium Parabol descendentes ad nationem Achkeres per-
veniebamus. Ibi inveniebamus literas, ab Aleardo Gubernato-
re missas, quibz praeципiebatur, ut summum Capitanum ho-
rum Indorum Achkerem nomine, suspensio tolleremus. Cui
mandato noster Capitanus absq; mora obtemperavit, verum
hoc factum postea tristissimo bello causam dedit, ut poste a co-
gnoscetur.

His ita confectis, & pradicto Indo hoc genere mortis sub-
lato, secundo flumine descendentes ad nostram civitatem Af-
sumionis iterum appellimus, nostroque Gouvernatori, quid in-
hic pfectione vidissimus effecissemus, narrando exponimus.

Dabero & Carios armant se contra Christia- nos. Dabero expugnatur.

Cap. XXXIII.

Indi premo- Post hac petebat noster Gouvernator à Principe Indorum;
nent nos-ros. in nostra civitate Assumptionis Maria habitante, ut nobis 2000.
fuerura concederet, qui cum nostris Christianis fluvium sur-
sum navigando ascenderent. Hic petitioni promis assentie-
bantur Indi, ad omnia qua cuperemus, sua studia atq; obsequia
deferentes. Interim tamen & hoc addentes monebant, ut nos
ster summus Gouvernator totam rem diligenter secum exper-
deret atque examinaret, antequam in illam regionem profici-
ceretur. Nam totam regionem Dabero & Carios in armis esse.

ut conjunctis viribus Christianos invadant. Nam Regulum Dabero, fratrem esse illius Achkeres, quem Christiani suspendissent, cuius morsus vindictam severissime à Christians exspectaturus esset. Huic consilio obtemperans noster Gubernator, omissa hac profectio se interea contra hostes suos armat, ut in eos expeditiōnē suscipiat. Statuit igitur consentiente suo jurato fratre M. Dominico Eyollas, ut is Eyollas cum 400. Christianis & 2000. Indis contra dictum Dabero & Caricos proficiatur, & eos vel tota regione pellat, vel funditus extirpatos deleat. Hoc mandatum dictus Eyollas fideliter secutus & exercitum ex civitate Assumptione educit, si que proficiuntur. hosti occurrēns initio ex mandato Cesare. Maiestatis Daberonem ad pacem, & quieta consilia hortatur, verum hac ille veli pendens nullam pacis tractationē admittere voluit, numerosum enim coegerat exercitum, suos pagos vallis in terrā defixū munerat, & quasi tripli cipalorum lorica circundecērat, egestus etiam ingentibus & profundis fossis, ac quib⁹ supra eam cap. 22. diximus, que omnia nos ante accurata in-dagine exploraveramus.

In quartum autem diem usq; cum nostro exercitu quiete constitimus, antequam bellum ipsi denunciaremus, sed quarto die manet tribus horis ante ortum solis, factō impetu in urbē irrūimus, eaq; expugnata, quicquid in ea deprehendimus, occidimus, plurib; tamen fæminis captis, & à cæde servatis, quod nobis postea magno emolumento fuit. In hac oppugnatione 16. 16. Christiani ex Christianis occubuerunt, multis ex populo vulneratis & lœ 3000. Indorū sis. Indorum etiam ex nostra parte non pauci interierant: ex casi. Canibalis verò 3000. casas fuere. Non multo tempore intercedente, venit ad nos Dabero cum suis, & petit admissorū veniā & gratiam, rogans sibi usq; uxores & liberos restitui, pollices Dabero in grburg; pro se suoq; populo obedientia, & debitam subjectionem. Hoc petentes Capitaneum nostrum jussul imperat. Maiestatis concedere, atque promittere oportuit. Assum-

Eyollas cum
400. Christianis
nū & 2000.
Indu contra
Daberonem
proficiuntur.
Daberoni
pax offetur.

Dabero expu-
gnatur.

16. Christiani.

Indorū sis.

Dabero in gra-

tiam recipitur

Asumptio præsidio munitur, fluvium Parabol
fursum navigant, veniunt ad Montem
Fernandi, Item ad Paiembos, Ba-
scheropos & Surucusis.

Cap. XXXIII.

Hac pace ita confirmata, fluvium Parabol devecti, ad
nostrum Summum Praefatum Alvarum Nugvez Cabeza de
Vacha, revertimur, eique quid egerimus, quidq; paſſim
exponimus. Qui his rebus cognitis, omnino expeditionem
quam ante meditatus fuerat, fuscipere constituit. Petit igit
2000 Indo- tur à Dabero: cum quo iam pax conciliata erat, ut auxilia duo-
rum cum chri- rum millium Indorū nobiscum mittant, ad quod Indi promi-
ftianis profic- ptierant perpetua nobis obsequia deferentes. A Carios etiam
scuntur.
5 Brigantine. novem Brigantinas instrui postulat, quibus rebus omnibus
300. Christi, confectis, de octingentis Christianis, 500. assumbit, 300. Af-
norum p̄fidii sumtione relictis, quibus Capitaneum labannem Saleusser or-
Assumptione dinabat.

lingitur quorum Hoc igitur exercitu quingentorum Christianorum, &
Capitane. 10- duorum millium Indorum, fluvium Parabol ascendimus: Ha-
han Saleusser. behantque Carios secum 83. Scaphas, nos vero Christiani no-
Fluvium Para- bol ascendunt, vem Brigantinas in quarum singulis duo equierant. Sed equi-
83. Scapha 9. per centum milliaria terrâ traducebantur; nos vero flumine
Brigantina vec̄ti sumus usque ad Montem S. Fernandi: Ibi igitur, equis
18. Equi. rursus in naves assumbis, inde porrò provec̄ti sumus, donec per
Mons S. Fer- venimus ad nostros hostes, Paiembos, verum hi non expe-
nandi. ctato nostro adventu, edificijs prius incensis, unacum uxori-
Basi. hereros. bus & liberis se fuga subduxerant. Postea iter centum mil-
liarium unà profecti, ita ut in nullum populum incideremus,
100. millaria nominantur, & carne ac pisib⁹ vivunt. Natio est populo-
fas.

sa, centum milliarum regionem amplam inhabitant. Scapharum tantum numerum possides, ut non scribi possis. Feminae horum verenda regunt. His colloquia nostra detrectantes aufugiebant. Ab his digressi, ad aliam nationem pervenimus Surucusis nomine, à Bascherepos 90, millaria distans: ^{Surucusis 90:} huic homines benignè & amicè nos excipiebant. Ex his Surucusis quilibet Paterfamilias, cum uxore & liberis peculia re, & proprium domicilium inhabitat. Viri habent orbiculum ligneum, instar alicui Calcutti, de auricula pendente. Mulieribus chrystillus casio colore, crastitudine digitis, de labiis pendet. Speciosæ sunt, prorsus nudè incidentes. His homines farre Turcico, Mandeoch, Manduïs, palades, pescibue & carne abundant. Estq; natio valde populosa.

Ex his noster Capitaneus quarti mandabat de natione Carachariis nomine, item de Carios. Verum hi de Carcharariis nihil indicare poterant; de Carios vero dicebant, eos secum dominis sua esse. Sed hoc non erat verum. His cognitis, mandabat noster Praefectus, ut nos itineri accingeremus, se enim porro in regionem ingressurum esse. Ordinabat igitur, ut 150. Milites apud naues manerent, quibus commeatum in biennium addebat. Reliquos 350. unum cum 18. equis, & 2000. Indorum seu Carios, qui Assumptione nobiscum discesserunt, assumens, in ipsam regionem porro ingressus est, verum parvo nostro cum commodo. Nam Praefectus noster ius viri non erat, qui tangerei gerenda par esset, & oderant eum omnes Capitanei & milites, sicut etiam satis morosum & immitem se erga militem præbebat. Octodecim ergo dierum iter emensis neq; Carios, neque quisquam aliorum hominum in conspectum venerat, almonia etiam deficiente, ita ut nostro Praefecto necessarij 10. viri ultiero ad naives redeundam esset. Noster tamen Praefectus quendam Hispanum Franciscum Rieffere, cum 10. alijs Hispanis, ulterius progreedi jubet, præcipiens, ut si post 10. dierum iter

nullam invenirent nationem, ut ad naves ubi eos expectauissent reverterentur. Ita que accidit ut hi in populo sam inciderent nationem, que farru Turcici, Mandroch, & aliarum radicularum copiam habebat. Verum Hispani in eorum conspectum prodire non audiebant, sed reversi ad nos hoc supremo regrediantur. nostro Gubernatori significabant, qui omnino in hanc regionem rerum ingredi volebas, sed aquis quo minus procederes, impediens.

Ernandus Rieffere fluvium sursum navigat, ad Guebuecisis & Achkeres.

Cap. XXXV.

Ernandus Rieffere igitur iterum navim instrui mandat, cui 80. milites sive 80. vires imponit, & addito Capitaneo Ernando Rieffere injungit, ut flumen sursum fluvium Parabol ascendat, nationem Scherves nomine querens, tibiique bidui itinere, amplius non, in penitiora terra loca ingrediatur, & postea ad eum de regione, & eis habitatoribus India referat. Navibus igitur a nostro Capitaneo summa dignitas, primo die ex altera regionis parte, pervenimus ad

Guebuecisis quandam nationem Guebuecisis nomine, cuius homines in absunt 4. milia colunt insulam quandam 30. milliarum spaciū complectentem, quam fluvius Parabol circumdat. Vescuntur Mandroch, Maisio, Manduia, padades, Mandepore, Porpe Bachkeku, & alyis radicibus, item carne & pīce. Mares & fæmina specie prioribus Surucisis similes sunt. Igitur diem apud eos morati sumus. Postero die cum discederemus, comitabantur nos hi Indi decem Canae seu Cymbis: bis etiam de die ferinam, & pīces venabantur, quibus nos honoris, & reverentia causa doabant.

Achkeres distant 36. milia. In hoc itinere novem dies consumentes, appulimus postea ad nationem Achkeres, ubi magna hominum multitudo collecta

SCHERVES.

Cap 36



tram mamillam adurit ne crescere amplius possit, quod ideo fas
ciunt, ut ad arma arcuusque tractandos habiliores sint. Sunt
enim mulieres bellicosa, bella cum suis hostibus gerentes. In-
habitans ha mulieres Insulam satis amplam, que aquis undig, ^{Inhabitant Insu-}
ambitus, nec nisi Canoes seu Scaphis ad eas accedi potest ^{lams.}
hac insula autem nec aurum, nec argentum habent Amazones,
sed in terra firma, quam viri inhabitant, dicuntur habe-
re ingentes Thesauros. Natio est valde populosa, Regemque
habere dicitur legnes nomine, & loci nomen Rex Scherves
nobis indicabat. Capitanus igitur Ernandus Rieffere à Rege ^{Capitanus pe-}
Scherves petebat, ut ex suis quosdam viros nobis adjungeret, ^{tit Indos Co-}
qui nostra nobis impedimenta gestarent, tum nos penitiora ^{mutes.}
Regionis loca Amazonas illas qua situm, ingressuros esse. Af-
fentitur ille libenter, interim tamen monens, totam Regionē
nunc aqua inundare, difficile igitur & per incommodum no-
bis ad ipsas iter futurum, nec facile ad eas, hoc quidem tempore
reperire posse. Nos vero eius dictis fidem adhibere nolleba- Scherves cum
mus, sed Indos nobis adjunge instabamus. Dabat igitur nostro Christianus A-
Capitaneo pro sua persona 20. viros ut eius impedimenta & mazones qua-
ebaria gestarent; nostrum vero singulis, quing, qui nobis fer- situm profi-
virent, & reculas nostras bainarent. Octidui enim iser con- ciscuntur.
ficendum erat, quo nullum Indum visuri eramus.

Postea vero pervenimus ad nationem quandam Siberi Siberi 32.
nomine, que lingua & alijs rebus Scherves similis erat. Con-milliaris.
tinuum autem hoc octiduum die & nocte nobis in aqua eun- Ambulant in
dum fuit, ad genua, veletiam ad cinctum usque pertingenti- calidis aquis.
bus: nec ullo modo ex his emergere poteramus. Seque ignem Ignum super
excitare volebamus, necesse erat, ut illum strui ex magnis li- aquis excitari
gnis composite imponeremus: sepeque accidit, ut cibum co-
cturis, & olla & ignis in aquam delaberetur, ita ut cibo postea Culices.
nobis carendum fuerit. Culices etiam interdiu & noctu nos in-
festabat, ita ut nihil necessarium operarum facere possemus.
Quare-

Querunt de *Querebamus ergo ex illis Siberis, verum & in posterum
stineremus aquas habitur esse? Qui respondebant, nobis adhuc qua-
driduum in aquis ambulandum esse, & postea 5. dies terra i-
terfaciendum, tandemque nos ad nationem per venturos Or-
thuesen nomine, significabant etiam nostrum nimis esse pauci-
os, ideoque nos regredi debere. Verum Scherves hoc facere
nolebant. Nam hos potius, qui hactenus nos comitati erant
ad eorum Pagum remittere cogitabamus, verum hoc illis face-
re recusabant dicentes, sibi a Rege suo injunctum esse, ne
nos deserebant, sed nobiscum perseverarent, donec regione ites-
rum egrederemur. Adjunxerunt ergo nobis hi Siberis 10.
viros, qui unacum Scherves nobis viam monstrarent ad pre-
dictos Orthuesen. Itaque adhuc 7. dies nobis in aquis eundum
7. 'dies' ambi- fuit, quia ita calida erant, ac si ad ignem ita incaluisset, quam-
tant in calidu- etiam, cum nullam aliam haberemus bibere cogebamur. Ali-
aqua. quis autem fortasse cogitare posset, fluviatilē hanc aquam
inundatio. fuisse, verum tum temporis tam crebra & frequentes pluviae
fuerant, ut haec totam regionem, quae plana prorsus ac equalis est
aquis repleverit, & nos has aquas, ut dicitur postea magne
nostro malo sensimus.*

Nono igitur die decimus venimus ad quendam Pagum
Orthuesen, cuius nationis Orthuesen, inter 10. & 11. horam. Duodecima au-
teter 36. mil- tem hora medium pagum ingressi, ad domicilium Principis
haria. pervenimus. Tum temporis sevalues inter ipsos grassabatur,
~~peccatum~~ cui fames causam praebuerat. Nam duobus annis cicada, far-
sava pestilē- atque omnes arborum fructus ita depastae erant atque corrup-
tia grassetur. in Orthuesen. rant, ut nihil ipsi, quod esus esset, prope relinqueretur. Quod
Cicada. cum nos Christiani cognosceremus, valde territi sumus, &
quia nec nos cibariis abundabamus, diu in hac regione manere
non poteramus.

*Interrogabat autem noster Capitanus huius nationis:
Regulum, quantum itineris nobis ad Amazonas refaret? à
que*

55

quod responsum accipit. Integrum mensem nobis adhuc iter faciendum, praterea totam regionem aquis, quasi inundatione repletam esse, quod verum esse deprehendimus ipsi.

Regulus horum Orthuesen donabas nostro Capitaneo quanto auro auri laminas, & quatuor circulos argentos, quos brachiis circundant: auri laminas autem Indi ornamenti loco, in terra dat Capite fronte gerunt, ut apud nos Magnifici Domini catenas seu mox neocilia aurea de collo suspensa gestant. Pro his rebus donabat nos sacer Capitanus Indorum Regulum, securicula, cultrum, globulus precatorij, seu Pater noster, forficibus, alijsq; rebus eammodo que Noriberge fabreficerent solent. Libenter plura ab ipsis petijssemus, sed tentare hoc non audebamus, propterea, quod nostrum numerum minimis pauci essent, ita ut nobis ab ipsis mettere cogeremur. Erat enim horum Indorum multitudo vaide numerosa, & pagus magnus, ut maiorem, atque populosorem Orthuesen per totam Indiam non viderim. Pagus enim maiorem in modum longus latusque erat. Hac etiam lues inter Indos grans procul dubio nobis bono fuit, cui, ut dixi, fames caussam dederat, alioquin nos Christiani salvi asque incolumes vivi non evassissimus.

Regressi ad summum Praefectum revertuntur,
qui spolia, & quicquid in hac profectio-
ne comparserant ipsis eripit, tu-
multuantur seditione.

Cap. XXXVIII.

Regressi igitur, ad predictos Siberias revertebamus, era Regrediuntur. multaque nos Christiani à commatu & alijs rebus male instruti, nec quicquam cibarioram habebamus prater fructus arboris, quam Palmides vocant, Item cardes, aliasque agrestes ras-

